Ex libris

Caroli Thomae Newton, I.C.D.

Ord. Balnei Eq. Com:

Academiae Oxoniensi

in usum archaeologiae studentium

D D D

amici quidam

in piam memoriam

viri illustris

MDCCCXCV.

INSCRIPTIONES GRÆCÆ.

FASCICULUS

INSCRIPTIONUM GRÆCARUM,


QUAS APUD SEDES APOCALYPTICAS CHARTIS MANDATAS, ET NUNC DENUO INSTAURATAS,

PRÆFATIONIBUSQUE ET NOTIS INSTRUCTAS,

EDIDIT,

JACOBUS KENNEDY BAILIE, S. T. P.,

PRESBYT. DIŒCES. ARMACHENS., NOBILISS. MARCHIONI DE AILSA A SACR. DOMEST.; ACAD. REG. HIBERN., SOCIETT., REG. ZOOLOG., GEOLOG., ARCHÆOLOG. HIBERN., CONSOCIAT. BRITANN. IN PROGRESS. SCIENT., EX SODALL.; QUONDAM COLLEGII SS. TRINIT. DUBLINIENS. SOCIUS, ET IBIDEM DE LITT. GRÆC. PRÆLECTOR.



VESTIGIA ÆDIUM CYBELES APUD PACTOLUM.

LONDINII: APUD J. G. F. ET J. RIVINGTON.

DUBLINII: APUD A. MILLIKEN,

ACADEMIÆ LIBRARIUM.

MDCCCXLII.

DUBLINII:
EXCUDEBAT M. H. GILL, ACADEMIÆ TYPOGRAPHUS.

SPECTATISSIMIS,

MIHIQUE MAXIME CONJUNCTIS VIRIS,

PRÆPOSITO ET SOCIIS SENIORIBUS

ACADEMIÆ DUBLINIENSIS,

SOCIIS EJUSDEM JUNIORIBUS,

JUVENTUTI DEMUM ACADEMICÆ,

HUNC FASCICULUM

ADDICO.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

QUID de hisce, L. B., quæ tibi in manus trado, vel in operis mei commendationem vel excusationem tentaminis dicam, vix perspectum habeo. Minus adhuc, quid proferam ad patrocinium tuum exquirendum callidius comparatum. Odi prensationes; nec minus jactationes sui inanes; sed *instabiles Symplegadas* quam difficile est, dum ad metam optatam festinamus, *vitare!*(*a*)

En porro titulum vix auspicato inventum, *Inscriptiones ex sedibus apocalypticis!* Literis optimis imbutus orationis munditiam, historicus fastos, rei archaicæ peritus sigla sua, elementa informia, sermonem horridulum, immo Venerandi Nominis amans religionem intemeratam, oculis circumjectis, quæret.

Talium (sortem ploro!) vel mihi non in promptu est thesaurum recludere, vel locupletiorem saltem in usum literatorum proferre, quippe in regionibus versato quarum monumenta pretiosiora socordia jamdudum, vis bellica, rapinæ, barbaries dejecerunt. Grassarique indies hoc malum dolet, brevique peritura vel paucissima quæ supersunt ævi cultioris documenta, templa, theatra, gymnasia, hæc solo æquata, illa ut novas inauditasque formas induant disjecta.

Attamen, a quibusdam quæ comparavi non absunt doctrinæ exquisitioris indicia. Sunt quæ annalium conditorem, literarum bonarum studiosum, legisse non pœnitebit: sed vetustatem quæ sapiunt venerabiliorem omnia abiere, quæ nempe linguæ nascentis rudimenta

(*a*) Claudian. III. 173.; XX. 30.

legesque certa quadam ratione illustrant. Nusquam, ut de singulari dicam, in monumenta incidi quale erat Phanodici illud decantatissimum, quod Chishullus olim, recentioresque, Rosius et Boeckhius, cum magna sua laude, in publicum usum evulgarunt.

Nusquam hujusmodi titulos conspexi: at uberior seges etiamnum eorum quæ ad res tam privatas quam publicas Romanorum cum Græcis permixtas attinent, qualia sunt Conventuum acta, Senatusconsulta, Pacta, Tituli sepulcrales et honorifici, alii pæne innumeri, restat, jucundo sensu viatoris aciem præstringens. In hisce mea, quanta quanta sunt, versantur:

> "Helladis his equidem occasum tristesque ruinas
> Solabar, fatis contraria fata rependens."

Hac copia instructus historica pluribus in locis tetigi, non sine fructu, speraverim, immo oblectamento legentium. Commentariis insuper, quos paravi, varia immiscui critici supellectilis opibus fretus quas in schedas meas hinc inde congessi. Hæc tum ex Hellenismo Sacrorum petita, tum Ethnicorum, ad sermonis enucleationem quorundam tirocinio profutura spes est.

Bifariam has commentationes partitus sum. Quæ epigraphas ipsas comitantur in hoc versari apparebunt ut Variæ Lectiones (messis minime infecunda in opere lubrico et *στοχαστικῷ*) uno quasi conspectu innotescant. Sic factum, ut eruditi lectores, pro se quisque, judicium de locis pæne dixerim conclamatis faciant. Alteram partem, quæ ad materiam philologicam et historicam in primis respicit, clausulæ operis subjeci(*b*).

Præfatiunculas curavi anteponendas, ut monitos habeam lectores de singularum urbium rebus gestis, origine, vestigiis, quæ huc usque durant, nitoris antiqui, limites intra quam brevissimos omnia quæ lumen titulis singillatim allatura judicavi complexus. Has, magnam

(*b*) Hæc, et quæ in pag. 9. vv. 7. ss. obvia sunt, corrigas velim, Amice Lector. De ordine notarum critt. et exegett., saniora edoctus, sententiam immutavi, et ut Variis Lectionibus subjiciantur, curavi.

partem, ex opisthographis per itineris occasionem confectis elaboravi, dum oculis subjicerentur monumenta, sensuque vivido mentem perstringerent.

Reliqua quæ perspecta habere operæ pretium sit in Commentario expressi, quem, aliquot abhinc septimanas, coram Præside et Assessoribus ejus in concilio de antiqq. Academiæ Regiæ Hibernicæ, perlegi. Rerum vero et disputationum capita penes te esse, L. B., curavi, in corpore notarum quæ fasciculum claudunt interjecta, cumque apparatu ampliore auctoritatum quam quis auscultantibus subjicere posset: diversissimæ quippe res sunt, argumenta tractare, hæc vero scriptorum testimoniis confirmata proponere.

In opusculo supra dicto quædam etiam de itinerum meorum ratione intertexui, quæ plurima in præfatis inserta reperient lectores. Me in hisce quam brevissime disseruisse de rebus gestis civitatum, ornatu pristino, illiusque quæ hodie obvia sunt vestigiis, dixi, judicans id non fore vel doctioribus ingratum, nec utilitatis parum allaturum ad titulorum ipsorum explicationem. Sic in Ephesinis, notitiis quæ ad Artemisiaca spectant potissimum immoratus sum, quippe in epigraphis nostris locum spectabilem maxime sortita. In Sardianis, ad favorem et *εὐεργεσίαν* Imperatorii nominis præcipue respexi, hæc ratus in titulo insigni, qui Octavus memoratur, eminere, hinc sensum ejus et argumentum, immo criticam ipsam, optima qua fieri poterat ratione expediri. In Pergamenis, claritudo ipsa amplissimæ civitatis, ubi proconsulum sedes et jurisdictio primaria constituebantur, facile viam complanavit, reliquias illas ævi anteacti magnificas taceo quæ per arcem turritam et Caici convalles camposque hinc inde conspersæ cernuntur. Nusquam splendoris pristini tot tamque insignia se produnt argumenta, nusquam adeo titulos imperatorios illustrat sedes ipsa imperatoribus quasi addicta.

Hic reperi bellissima epigrammata **ἀδριανεῖα,** quæ nunquam antea, quatenus mihi scire contigit, in lucem prodierunt. Quantum

adminiculi conferunt, præsertim XXmum illud, ad litem de adoptione Hadriani dirimendam, quæ a Cassio historico mota Dodwelli nostri ingenium adeo exercuit, legentibus judicandum permitto. Hanc quæstionem in notis meis delibavi ; fusius vero tractatam in Actis Academiæ Regiæ Hibernicæ (venia bona loquor Curatorum qui laude summa Commentariis edendis præsunt), invenient docti : necnon conjecturas quasdam *παρέργους* de titulo insigni, Ephesino Imo, ubi solennitati sacræ Artemisiacæ ex Ægyptiorum religione procuratio accedit. Huic disputationi inest, quod, ut expediat et illustret, se accingeret amicus meus, in literis hierographicis versatissimus, Carolus Guilelmus Wall, linguæ sanctæ in Academia Dubliniensi Professor, magnopere velim.

In titulis ordinandis res ipsa viam aperiit. Præeunt qui ad negotia publica spectant ; dein, serie colligati hos excipiunt quibus res privatorum tractantur. Lex in hisce semper fuit, ut cui dignitas major inesset, dignitas loci tribueretur. Recentioris ætatis, nempe vel Byzantinæ vel Mohammedanæ (nam et quædam hujusce farinæ admisi, id non injucundum fore vel elegantioribus ratus), epigraphas ubique ad calcem ablegavi, levioris quippe momenti, et solummodo in gratiam illorum qui, ut Tulliane loquar, in curiositate *ὀξύπεινοι* sunt, chartis mandatas, de singularium ordine nexuve minime moratus.

Denique LL. BB. commonefactos velim quod inscriptiones ab omni fere parte expurgatæ accedunt, non quales inter describendum exaravi. Ad studia mea conversus, literasque penitiores, plures maculas reperi, plures *σολοικισμούς*, immo, hinc inde, sensus totius expertem orationem, quibus medicinam, qualem potui, adhibere decebat. Exhibendas ideo curavi quales primitus extitisse credo, sanioris critices adminiculis innixus, simulque cum his apographa in notis VV. LL. ad amussim descripta ex commentariis opisthographis, ut veræ illorum imagines quæ a monumentis ipsis referebam legentium oculis subjicerentur. Minime equidem tolerandum duxi ut in fronte opusculi

conspicerentur formæ distortæ fœdatæque ; nihilo magis ferendum, ut occasio non daretur ingenii exercendi iis a quorum ope et doctrina me fructum percepturum vehementer spero. Ne porro erroris aliquid subnascatur, notatum volo, me per literas minutatim fractas correctiones proprias designasse, aliquando etiam, qualia identidem obveniebant, elementa ipsa, die, situ, marmorum strage, deleta propemodum et evanida.

In commentario instruendo hanc potissimum rationem sequutus sum ut voces minus notas explicandas proponerem. Plures observavi consuetudine et usu communi rarissime extantes, quarum comprobationem auctoritatum ope quas jamdudum habuit

"Ut legeret tereretque viritim publicus usus,"

difficillimum foret afferre. Quædam immo non antehac, quatenus scio, evulgata, quæ tamen inducere coactus fui, analogia haudquaquam perspecta fretus, ex indiciis monumentorum ipsorum manifestis. In ceteris magis notis latissime patebat campus illustrandi confirmandique ex fontibus qui ad haustus præsto erant scriptorum classicorum, ut adeo pateret locus operi elaborando non tantum inter consuetudines archaicas versanti, sed quod philologiam penitiorem sapere audacter affirmaverim. Breviter dicendum, me tam ad sermonem enucleandum quam ad antiquitates indagandas memet accinxisse. Studia inter moliminis gravioris glossarii leviculum illud, fructuosum vero, refugiendum nolui.

Hæc sunt, L. B., de operis instituti consilio quorum te gnarum habere apprime volui: libellum, precor, clementer accipias ; studiis nostris fruaris, erroribus ignoscas; quæ parum feliciter, parumve curiose tractavi, ex tuis subsidiis ampliora et limatiora reddas. In hisce commentariolis, qualiacumque sunt, habes quæ hoc genus Sponius olim, nostratesque Whelerus, Chishullus, Chandlerus, Pocockius ; quæ hodie insignes viri, Creuzerus, Osannus, Bœckhius, Rosius, et nuperrime, benigna amicorum opera usus, laudatissimus ille Fellowsius

(qui diligenter adeo, immo indefesse, satraparum monumenta insuper excussit, præstantissimi Cockerelli(*a*) vestigia premens), ad studia literarum et humanitatis juvanda contulerunt. Restant adhuc in schedulis condita Aphrodisiensia, Mysiaca, quædam ex Græcia Ægyptoque, copia minime spernenda, spicilegia, quæ, ut penes te fiant, benigne exceptus non leviter optarim.

(*a*) Vid. *Itinerar. per regg. var. occid.* edente Walpolio, Lond. 1820. pp. 207. 524. 530.

Dabam ex Museo meo,
VIII. Kalend. August. MDCCCXLII.

ADDITAMENTUM PRÆFATIONIS.

MONITOS volo lectores, antequam se ad labores meos expendendos conferant, quædam et in ipsa, quæ anteit, descriptiuncula, et in fasciculo cui viam sternit, inesse, calamo accuratiore indigentia. Horum commemoratio brevis in præsenti sufficit; argumentorum uberior tractatio ad Auctarium in fine operis mandanda est.

In primis; quæ in Præfatione dixi de "εὐεργεσίᾳ Imperatorii nominis"(*a*), nempe, de Tiberio, Trajano, Hadriano, refingenda sunt ope notitiarum ampliorum quas in Auctario(*b*) reperient legentes. Dein, pro "bellissima epigrammata ἀδριάνεια"(*c*) reponenda sunt, tutiore saltem consilio, "bellissimum epigramma ἀδριάνειον"(*d*); nam movent me quædam minime spernenda argumenta ut Titulum xx^mum^ nova prorsus ratione explicandum censeam, hoc est, nullo respectu habito imperatoris illustris qui adoptionis jure purpuram assequutus est. Hanc quæstionem quoque in Auctario(*e*) tractatam invenient lectores. Attamen ex corpore Fasciculi minime ableganda judicavi quæ primitus titulos pervolvens scripsi, quædam inesse ratus ex quibus bonum fructum percepturi sunt studiosi.

Hæc præcipua sunt quæ in crisi mea emendanda, potius dixerim enucleatius tradenda, duco. Nunc ad menda typographica accedo,

(*a*) P. 9.
(*b*) Pp. 153. ss.
(*c*) P. 9.
(*d*) Nempe, XIX. II. a.
(*e*) Vid. pp. 191-3.

levioris illa sane momenti, monenda vero a scriptore τῆς ἀκριβείας amante.

In p. 14. v. 15. reponendum est *Ortygiam*.
Ibid. v. 28. legendum ΜΑΡΝΑΣ(*a*).
In p. 17. v. 13. delendum est punctum post ΗΓΟ.
Ibid. v. 15. pro Π reponendum est ΙΙ.
In p. 21. v. 17. deleatur periodus post ΔΕΔΟΧΘΩ.
In p. 25. v. 6. ——— τὸ κόμμα post ἔσεσθαι.
In p. 43. v. 15. legendum *mœnium*.
In p. 46. v. 25. ——— ΠΑΛΙΝ.
In p. 56. v. 1. exulare debet illud *victoris*. Vid. Auctar. p. 175.
In p. 61. v. 1. de vocibus αὐγούστειον, ἰσοπύθιον, vid. Auctar. pp. 174. s., et exinde corrigas quæ proferuntur in nota ad inscript. XII. 6.
In p. 62. v. 12. legendum *verterim*.
In p. 89. v. 4. ponendum est inter VV. LL. et ΑΕΜ.
In p. 123. v. 2. legendum ἀρχιέρεια.
In p. 135. v. 6. ——— ΜΕΛΙΤΙΝΗ.

(*a*) Legenda sunt, ut obiter lectores commonefaciam, quæ a doctissimo viro Eckhelio, explicationem Harduini impugnantis, proferuntur in *Doctr. Vet. Num.* vol. II. p. 522.

PRID. KALEND. NOVEMBR. MDCCCXLIII.

INSCRIPTIONES GRÆCÆ.

EPHESUS.

Ephesus unde originem traxit? Anne Amazonum opus, Marpesiæ et Lampedonis, quorum nomina fideliter satis recenset Justinus (II. 4. 15.), atque ita a venia (ἐφέσεως) nuncupata quam ab Hercule impetrabant illic considendi? Fabulam certe amplexi cives, quorum nummi extant in quibus præter Apollinem et Dianam, amnemque Cenchrium, Amazones quoque conspiciuntur, Ephesia et Smyrnæa, jungentes dexteras, et delubrum Herculis una cum Dianæ, Apollinis, Liberi. Hoc ex Eckhel. T. II. pp. 512. s.

Nomina a Plinio (v. 31. 4.) memorantur quibus sedes antiqua expetita; Alopes, Ortygia, Morges, Smyrna Trachea, Samornion, Ptelea. Perhibet Strabo (XIV. 1. p. 174) Caras primum incoluisse et Lelegas, qui ab Androclo exacti: hunc sedes constituisse circa Coressum, postea vero descendisse planitiem versus. Relata ideo Ephesus inter urbes Ionicas liberas, ex immigrantibus Codri filiis, a Pausania (VII. 2. sq.)

Adortus Crœsus tyrannidem exemit (Herod. I. 26.) quod et postea Alexander, Ephesios *αὐτονόμους* constituens, ceterasque Asiæ civitates: (Arrian. I. 18.) Dehinc urbem instauravit ornavitque Lysimachus, nomenque uxoris Arsinoes indidit: restabat vero antiquum. Memoratur præterea portus ab Attalo confectus, templumque celeberrimum a tota Asia exstructum. Plin. XXXVI. 21. 1. ss. Liv. I. 45.

Ingressi sunt Romani post victoriam ex Antiocho relatam, dedentibus sese Ephesiis cum Magnetibus (ad Mæandrum) Trallianisque. Eumeni dehinc attributam perhibent, et proinde ditioni Pergamenæ, quam jure hereditario repe-

tens Aristonicus, Ephesios prælio navali infeliciter adortus est. At in fide erga Romanos cives minime constantes manebant: nam flagrante bello Mithridatico, regis partes sequuti, Romanos intra mœnia trucidabant fere cunctos, quod Sullæ vindictam, nominisque totius Ephesini exitium pene secum traxit. Edocti saniora, legatum Mithridatis, Zenobium, in carcerem trusum interficiebant, ceteris ita, Trallianis, Hypæpenis, Metropolitanis, Smyrnæis, via aperta defectionis. Cp. Liv. XXXVII. 45.; XXXVIII. 39.; Freinshem. *Supplem.* LIX. 20; LXXVIII. 4.; LXXXII. 46. s.; Appian. *Bell. Mithrid.* 61.

Civitas vero Dianæ erat instar omnium Ephesus. Hinc juris **τῆς ἀσυλίας** vindicatio apud Tacitum, *Annal.* III. 61. cum contentione acerrima, regnante Tiberio, certaretur. Ephesum ferebant legati Latoidarum natalem: aram sacram ubi supplicibus Amazonum ignovit pater Liber: cærimoniam autem templo, Herculis concessu, auctam, cum Lydia potiretur: nec Persarum ditione deminutum jus: post Macedonas, dein Romanos, servavisse. Mythis habemus consentientem Strabonem, qui lucum Ortygium, Cenchrium, partum Latonæ memorat (XIV. 1. p. 173.) at non audientem fuisse Imperatorem, qui jus asylorum penitus abolevit. Nec minus benivolentiam experti cives, instauratione facta urbis post terram graviter motam. cp. Tacit. II. 47.; IV. 13., cum marmore Puteolano cit. in not. Ernest.

Prodierunt quoque templa, quorum perhibentur tria: primum a Chersiphrone exstructum: secundum, quod ab Herostrato incensum: tertium architecti Chirocratis opus, mundi miraculum. Antiquius illud, ævique mythici, cujus mentionem facit Pausanias (VII. 2. s.) Amazonibus abjudicans, tribuens vero **αὐτόχθοσι** quibusdam, Epheso et Creso, missum facio.

Exstructum est a tota Asia, spreta liberalitate Alexandri, annorum ducentorum viginti opus. Dicit quoque Plinius quadringentorum; nec inest contradictio, si computum inieris ab anno quo triumphavit Macedo. Nec abest nummorum fides; ex. c. Domitiani, cui impressum ΜΑΡΑΝΣ, h. e., enucleante Harduino, **μεγάλης ἀρτέμιδος ναὸν ἀσία συνέκτισεν.** Ephesus ideo, sacrata relligionis sedes, eximio sensu ferebatur **ἀρτέμιδος νεωκόρος.** Ibi solennitates annuæ, annui conventus (**σύνοδοι, πανηγύρεις**), ludi; ibi Asiarcharum collegium, qui certamina edebant ordinabantque, virgines virgini addictæ, Megalobyzi, simulacrum (**ξόανον**) a cœlo delapsum. Quid mirum igitur victores effrænatos violentiam abstinuisse, aut vanis terroribus impletos, aut sensu quodam tactos humanitatis? Xerxem manus cohibuisse: civibus Alexandrum libertatem,

Ephesinum restat sanctæ religionis delubrum. Diruta cuncta et deleta

τοῦ δικηφόρου
θεοῦ μακέλλῃ, τῇ κατείργασται πέδον.

* * * * * * *

Ex Epigrammatibus paucissima in Epheso supersunt. Vestigia quædam, sed admodum detrita, in sarcophago extabant qui atrio diversorii quo commorabar jacebat: opus vero infructuosum describendi refugi. Quæ reportavi marmoris erant quod juxta viam publicam sinistrorsum conspexi cum vicum intrarem. Situs erat, credo, curiæ Ephesinæ; lapis enim inter rudera, indicia minime obscura, inventus, nec longius a colle cui Acropolis olim imposita fuerat.

In tribus lateribus tituli apparebant: duo ad sacra solennia Dianæ spectantes, unus honorificus.

a. Decretum populi Ephesini, de sacrando mense Artemisione integro, et celebrandis festis solennibus, exemplis ab exterarum gentium religione, sc. Macedonum, Ægyptiorum, Lacedæmoniorum, desumptis.

b. Decretum conventus (*πανηγύρεως*) dies quosdam deæ (Dianæ) addicens, Prisco, certaminum moderatore (*ἀγωνοθέτου*), præside.

c. Epigramma, basi credo statuæ insculptum, in honorem civis cujusdam *εὐεργέτου*, procurante Fausto, cognatione ei seu affinitate juncto.

I. ΕΦ. a.

. . . .

. . ΛΑΚΑΤ . . . .
ΑΝΟΥ.ΑΝΕΙΣΟΔΙΑΥΤΗΣΤ. . . . .
.ΗΤΕΕΙΔΡ. . ΘΑΙΚΑΙΒΩ. . . .ΤΟΥ. . . .ΑΚΕ. . . . .
ΤΑΣΥΠΑΥΤΗΣΓΕΙΝΟΜΕΝΑΣΕ. .Ρ. . . .ΕΣ. . .Π. . . .
ΚΑΙΤΟΥΤΟΔΕΜΕΓΙΣΤΟΝΤΟΥΔ. .ΕΡΙΑ.ΤΗΝΣΕ. . .
ΜΟΥΕΣΤΙΝΤΕΚΜΗΡΙΟΝΤΟΕ. .Ν.ΜΟΝΑΥΤΗ.
ΕΙΝΑΙ. . .ΜΗΝΑΚΑΛΟΥΜΕΝΟ.ΠΤΑ. . . . . . .ΙΝΜΕΝΑΙΓ.Π. . . . .
. . . . .ΠΑΡΑΔΕΜΑΚΕΔΟΣΙΝΚΑΙΤΟΙΣΛΟΙΠΟΙΣΕΘ. . .
ΤΟΙΣΤΛΑΚ.ΝΕΙΚΟΙΣΚΑΙΤΑΙΣΕΝΑΥΤΟΙΣΠΟΛΕΣΙ
ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΝΕΝΩΜΗΝΙΠΑΝΗΓΥΡΕΙΣΤΕΚΑΙΕΠΙ
.ΗΝΙΑΕΠΙΤΕΛΟΥΝΤΑΣΔΙΑΦΕΡΟΝΤΩΣΔΕ
ΠΟΛΕΙΤΗΤΡΟΦΩΤΗΣΙΔΙΑΣΘΕΟΥΗΣΕΦ. . . . .
. . . . .ΣΠΡΟΣΗΚΟΝΔΕΕΙΝΑΙΗΓΟΥΜΕΝΟΣΟΔΗΜΟΣ
ΕΦΕΣΙΩΝΟΛΟΝΤΟΝΜΗΝΑΤΟΝΕΠΩΝΥΜΟΝΤΟΥ. . . .
ΟΝΟΜΑΤΟΣΕΙΝΑΠΕΡΟΝΚΑΙΑΝΑΚΕΙΣΘΑΙΤΗΘΕΩ
ΕΔΟΚΙΜΑΣΕΝ·ΔΙΑΤΟΥΔΕΤΟΥΥΗΦΙΣΜΑΤΟΣ. . . . . . .
ΑΙΓ. . . . .ΤΗΝΑΥΤΟΥΘΡΗΣΚΕΙΑΝΑΙΩ. . . . . .ΔΟΧ. .
*

*
..ΟΝΤΟΝΜΗΝΑΤΟΝΑΡΤΕΜΙΣΙΩΝΑΕΙ.........ΙΑ.....
..ΣΗΜΕΡΑΣΑΓΕΣΘΑΙΔΕΕΠΑΥΤΑΙΣΜΗΝ........
ΕΤΟΥΣΤΑΣΕΟΡΤΑΣΚΑΙΤΗΝΤΩΝΑΡΤΕΜ..............
ΥΡΙΝΚΑΙΤΑΣΙΕΡΟΜΗΝΙΑΣΑΓΕΤΟΥΜΗΝΟΣΟ....
......ΟΥΤΗΘΕΩΤΟΥΤΟΓΑΡΕΠΙΤΟΑΜΕΙΝΟΝΤΗΣ............
ΗΣΗΤΕΤΑΙΣΗΜ............ΝΔΟΞΟΤΕΡΑΤΕΚΑΙΕΥΔ........
ΕΙΣ..ΝΤΑΔΙΑΜΕΝΕΙΧ.....

. . . .

. . λα κατασκευάζουσαν, καὶ τὴν τιμὴν αὐξάνουσαν· εἰς ὃ δι' αὐτῆς τῆς τιμῆς ναοὺς ἐδόχθη τε ἵδρυσθαι, καὶ βωμούς· τοὺς δὲ μακεδόνας τὰς ὑπ' αὐτῆς γινομένας ἑτέρας οἴεσθαι πάσας· καὶ τοῦτο δὴ μέγιστον τοῦδε περὶ αὐτὴν σεβασμοῦ ἐστιν τεκμήριον τὸ ἐπώνυμον αὐτῆς

VARIÆ LECTIONES.

* In vv. 17. s. notavi literas asteriscis quæ in lapide ad idem perpendiculum ordinabantur. Pariter in Sardianis, VIII.

(1.) Apographum quod ad situm feci exhibet ΛΑΚΑΠ ... cum ultimis aut terendo consumptis aut penitus deletis. At syllaba prima, quid vult? Erat, credo, in titulo integro ἄλλα, nempe alia (præter ea in tituli prooemio recensita) quæ ad justiorem cultum deæ faciebant, ἀναθήματα, τέλεια, κ. τ. λ. cp. ss. II. 1.; III. 1.—(2.) Descripsi primo in 10. s. ΘΑ. Proculdubio quæ dedi extiterant in marmore.—(5.) In 22 apparet Α in primo apographo, in 26, Λ, in 28, Ε. Erant qui summa cura descripsi omnia.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

6. Ἐπώνυμον. Est in hoc loco substantivum, alias, ut in 14., adjectivum; nisi dixerit aliquis excidisse Ν, et veram lectionem esse τὸν ἐπώνυμον. At-

Vertenda est sententia: *Et hujusce cultus religiosi, in qua erat habita* (ἡ ἄρτεμις), *indicium est maximum, quod*

εἶναι τὸν μηνὰ καλούμενον πτα....... παρὰ πᾶσιν μὲν αἰγυπτίοις τοῖς πάλαι, παρὰ δὲ μακεδόσιν καὶ τοῖς λοιποῖς.......

VARIÆ LECTIONES.

omnia valde detrita.—(7.) Quæ hanc seriem claudunt minime perspecta habeo. Descripsi primo 28, 29, ET sc. *ἔτους* infr. 20. at cum reliquis non constant, et præterea sermo est de Ægyptiis, quorum erat numen *πτᾶ* vel *φθᾶ. ὃν αὐτοὶ προσαγορεύουσι φθᾶ, οἱ δὲ ἕλληνες, ἥφαιστον.* Euseb. *Præp. Evangel.* III. 11. p. 115. B. Mensis vero Ægyptiacus qui Artemisio Macedonum respondebat erat *φαμενὼθ*, cujus prima in syllaba fortasse delitescit sacrum nomen. Cp. Rosin. *Antiqq. Rom.* (Elect.) p. 954. Erant quoque menses ex numinum aliorum titulis nuncupati.—(8.) In 31[a] dubitandum puto de O. Fortasse scribendum, ratione probabili magis, Σ, ut sit ΕΣΠΕΡΙΟΙΣ. Tentes quoque ΕΘΝΕΣΙΝ, ut in *Auctario*.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

mensis apud Ægyptios vocatus πτα..., qui vero a Macedonibus ceterisque occidentalibus, et Laconibus eorumque urbibus, Artemisius nuncupatur, ab ea sit (apud Ephesios) ***cognominatus.*** Sc. *Artemisio.* Cp. v. 18.

De Macedonibus res constat. Septimus illorum mensis erat Artemisius, qui Munychioni Atheniensium respondebat, i. e. Aprili-Maio. De Laconibus item, ex Thucyd. v. 19. Quid vero de Ægyptiis statuendum? In eorum fastis tertius inter aratorios erat Phamenoth; hic quoque Artemisio congruens. In nostra inscriptione videtur deprehensa prima syllaba ΠΤΑ. Hinc suboritur conjectatio, delituisse in Phamenoth *τὴν τριάδα Ptha, Amon, Thoth,* quod si verum sit, quæstionem facillime expedit.

Reperiuntur et alii menses apud Ægyptios a numinibus dicti: ex. c. *Athor*, seu *Athyr*, in prima anni tempestate; necnon *Thoth:* cp. Cic. *Nat. Deor.* III. 22.; Rosin. *Antiqq. Rom.* (*Elect.*) p. 954. Wilkinson. *Ægypt. Antiq.* vol. iv. p. 14.

Atqui Diana (*ἡ ἄρτεμις*), inter Ægyptios *Bubastin* audiebat: Herod. II. 137. 156.; in Hagiogr. פִּי־בֶסֶת. cp. Ezek. XXX. 17. In Wilkinsoni opere laudato, IV. p. 277. *Pasht.* In titulo nostro, sed parte marmoris exesa, solummodo extat *Pta*, i. e. *Hephæstos*, numen certe amicum et conjunctissimum.

Non ergo *nomine*, sed *re*, h. e. cultu religioso, ritibus, cærimoniis, probationem expedit qui decretum hocce contexuit.

Quæstionem attigi in commentariolo, cujus in Præfatione, pp. 9. sq., mentionem feci. Plura in Auctario hujusce

τοῖς τε λακωνικοῖς, καὶ ταῖς ἐν αὐτοῖς πόλεσι,
ἀρτεμίσιον, ἐν ᾧ μηνὶ πανηγύρεις τε καὶ ἐπι-
μήνια ἐπιτελοῦντας· διαφερόντως δὲ ἐν τῇ
πόλει τῇ τροφῷ τῆς ἰδίας θεοῦ τῆς ἐφεσίων
πόλεως· προσῆκον δὲ εἶναι ἡγούμενος ὁ δῆμος
ἐφεσίων ὅλον τὸν μηνὰ τὸν ἐπώνυμον τοῦ τῆς θεοῦ

VARIÆ LECTIONES.

(9.) In 8 descripsi primo Λ, in 11, 12, HK. At nullus dubito quin sermo sit de Lacedæmoniis, quorum erat mensis in contextu memoratus.—(10.) In 33 et 34 descriptum erat primo ΥΓ, vestigia vero sola apparebant.—(11.) In initio reperio TINIA, subterque posita, HNIA. Hæc proculdubio extiterant.—(14.) In 9 apogr. Δ. In 16, E. In 23, pro ΙΣ, quod exhibet apogr. restitui Π, nam non

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

opusculi reperiet lector.

9. **Λακωνικοῖς.** Ex verbis Thucydidis constat mensem Lacedæmonium cum Atheniensium Elaphebolione (Martio-Aprili) fere congruisse: **ἄρχει δὲ τῶν σπονδῶν ἔφορος πλειστόλας, ἀρτεμισίου μηνὸς τετάρτῃ φθίνοντος· ἐν δὲ ἀθήναις, ἄρχων ἀλκαῖος, ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντος.** v. 19. Proximum fere spatium occupabat Artemisius Macedonum. De hisce conf. Usserii de Macedonum et Asianorum anno solari Dissertationem, necnon tres Lalamantii, apud Gronov. *Th. Gr. Antiqq.* vol. IX. pp. 1056. 1210. ss. Addas præsertim Dissertt. Ideleri de Kalendario Atheniensium (*Handbuch der technischen und mathematischen Chronologie, Th.* I. *S.* 227-392.), ad calcem Lexic. Græc. Passovii, pp. 22. ss. et Schæferi not. ad *Orat. Pro Corona*, p. 280. v. 13.

12. **Τροφῷ.** *Altrici*, inde proprio jure, *cultrici*. Illustratur fortasse locus ex Strabone, XIV. 1. p. 173 (Tauchn.) **ἐνταῦθα γὰρ μυθεύουσι τὴν λοχείαν καὶ τὴν τροφὸν, τὴν ὀρτυγίαν, καὶ τὸ ἄδυτον, ἐν ᾧ ἡ λοχεία κ. τ. λ.** Add. Tacit. *Annal.* III. 61. *Primi omnium Ephesii adiere, memorantes, non, ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos: esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam, partu gravidam, ... edidisse ea numina.* Citat Lipsius ad hunc locum, Epigramma **εἰς ναοὺς**, ubi Ephesum vocat auctor Dianæ **τὰν τροφόν.**

Alias, civitates appellantur **αἱ τροφοὶ** illorum qui in illis geniti adoleverunt: ut in Pind. *Pyth.* II. 5. Regiones *nutrices* appellantur, et **θρέπτειραι.** cp.

ὀνόματος εἶναι ἱερὸν, καὶ ἀνακεῖσθαι τῇ θεῷ
ἐδοκίμασεν. διὰ τοῦδε τοῦ ψηφίσματος, εἴς τε τὰς
λιτὰς καὶ τὴν αὐτοῦ θρησκείαν αἰώνιον, δεδόχθω.

VARLÆ LECTIONES.

dicitur *εἰσώνυμος*.—(17.) Post 3 erant vestigia *τῶν* M vel H. Possit ideo extitisse *λιτήν*: at pluralis usitatior est. Literæ 21 et 23 in apogr. sunt Δ, O, quæ certe mendosæ: nam orationem vix expediverim per *διό* (*δι' ὅ*.) Vox *θρησκεία* præcipue ad ritus et cærimonias spectat. Est locus in Herodiano, qui egregie illustrat sensum; necnon locutionem quæ præit in 15. viz. *εἰποῦσα αὐτῷ κεχαρισμένα, ὡς ἄρα χρὴ ἐκεῖνον μὲν τῇ ἱερωσύνῃ καὶ θρησκείᾳ σχολάζειν τοῦ θεοῦ, βακχείαις καὶ ὀργίοις τοῖς τε θείοις ἔργοις ἀνακείμενον*. v. 7. p. 163 Tauchn.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Horat. *Od.* I. 22. 16.; *Antholog. Græc.* T. IV. p. 152.

Locum obtinet verbum in Sacris: cp. Isai. XLIX. 23. LXX. Hebr. מֵינִקֹת, propr. *lactatrix*.

Cadit vero sensus *altrix* si non intelligatur Ephesus per verba *πόλει τῇ τροφῷ*, et ad hanc sententiam proclivis sum; designari nempe inter urbes (l. 9.) illam quæ ritu quodam peculiari Dianam colebat.

Dein nova sententia procedit: *convenire porro existimans populus Ephesiorum integrum mensem .... ad cultum deæ addici, scivit: Per hoc decretum .. ratum esto etc.* Distinctio post *ἐδοκίμασεν* in marmore luculenter apparebat; sed vide, an non expedienda aliter sit oratio, sc. *ἐδοκίμασεν, διὰ τοῦδε τοῦ ψ.* i.e. *sententiam tulit, per hoc decretum, ita rem fore, ad observantiam deæ sempiternam.* Restat adhuc altera constructio, nempe, *ἐδοκίμασεν* .... *δέδοχθαι*.

Possit sensus *δοκιμάζειν* illustrari ex Xenoph. *I. C.* I. 5. 7.; *Memor.* III. 5. 20.; hisce porro maxime accommodatus, *velle*, ex Joseph. *A. J.* II. 7. 4. et ex sacr. Rom. I. 28. interpretantibus Krebsio et Wetstenio.

15. *Ἀνακεῖσθαι*. Apud Græcos *ἀνακεῖσθαι* adhibetur de rebus conclavi interiore seclusis, aut templo reconditis. Citat Schleusnerus *Ælian.* III. 28. Hinc facile profluit sensus addicendi in sacros usus, cærimonias, etc.

Vocem sæpius usurpat S. Chrysostomus, de piis loquens: ex c. *οὕτω καὶ ὁ ἐνάρετος καὶ θεῷ ἀνακείμενος, κἂν εἰς πλοῦτον αὐτὸν ἐμβάλῃς, ἐπιδείκνυται τὴν ἀρετήν. Homil.* XII. *in Ep. ad Philipp.* p. 295. D. *πῶς μεγαλύνεται; ὅταν*

ὅλον τὸν μηνὰ τὸν ἀρτεμισίωνα εἶναι ἱερὸν διὰ πάσας
τὰς ἡμέρας· ἄγεσθαι δὲ ἐπ' αὐταῖς μηνὶ τούτῳ τοῦ
ἔτους τὰς ἑορτὰς, καὶ τὴν τῶν ἀρτεμισιακῶν κρίσεων

VARIÆ LECTIONES.

(18.) Lit. 11. in apogr. Ω, mendose.—(20.) Vocabulum h. l. fractum, et ss. restitui ex inscript. III. 4. s. ἀρτεμισιακὴν κρίσιν. Vox ad lites forenses proprio sensu spectat. Potest quoque intelligi de effato oraculi Ephesini, viz. simulacri illius decantati, a Jove delapsi, uti de philosophico, in Cic. *Epist. ad Div.* IX. 4. Malim vero de Ludis solennibus cogitare, ex Pind. *Olymp.* VII. 146.; *Nem.* X. 43. Habiti sunt in honorem Dianæ, et nuncupati ἐφέσια in Thucyd. III. 104.; quoc. cp. Dion. Halic. IV. 25. Qui præerant dicti ἀσιαρχαὶ, præfecti Asiani, qui et ἱεραρχαὶ erant, atque ex opulentissimis et nobilissimis ad officium designati. Habebant Ephesi concilium commune, ad quod singulæ Asiæ civitates quotannis legatos mittebant, id quod satis illustrat vocem huc revocatam πανήγυριν, integramque in inscr. III. 1.; Vid. *Actt. Apost.* XIX. 31.; Euseb. *Eccl. H.* IV. 15

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

οἱ ἀνακείμενοι αὐτῷ βίον ἄριστον ἐπιδείξωνται. *Homil.* (ex spur.) *in Psalm.* CIV. p. 654. C. Amplius illustranda venit ex Justino Mart. Suida, etc. in Suiceri *Th. Eccl.* I. 276.

Atqui hic usus antiquissimus, uti liquet ex Herod. I. 14.; II. 135.; nempe pro ἀνατίθεσθαι, καθιεροῦσθαι.

17. Θρησκείαν. Cultum qui in cærimoniis præcipue conspicitur. Sic in *Actt.* XXVI. 5. notante Schleusnero, quod optime comprobatur per inscr.; habemus enim λιτὴν sive λιτὰς, *preces*, et θρησκείαν, nempe, *pompas*, *conventus*, *ludos*, *etc.* Huc spectant πανηγύρεις, κρίσεις, quæ in nostris occurrunt.

Nomen ἀπὸ πῶν θρᾳκῶν s. θρῃκῶν derivatum fingit Suicerus, citatis Nazianzeno et Etymol. Magn., in *Th. Eccl.* I. 1406. Satis incerte.

Dixi in VV. LL. sæpius conspici λιτὰς in Scriptt. vid. *Odyss.* λ', 34. Herod. I. 105. 116.

19. Ἄγεσθαι. Cp. Dion. *Hist.* LI. 20. τήν τε ἡμέραν, ἐν ᾗ ἂν ἐς τὴν πόλιν ἐσέλθῃ, θυσίαις τε πανδημεὶ ἀγαλθῆναι, καὶ ἱερὰν ἀεὶ ἄγεσθαι. Ælian. *V. H.* XIV. 20. ἑορτὴν ἄγουσι τὴν καλουμένην νηστείαν οἱ ταραντῖνοι. antea vero in IX. 5. ὀλυμπίων ἀγομένων. Plutarch. *Sympos.* VIII. 1. ἰσθμίων ἀγομένων ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν σώσπιδος ἀγωνοθεσιῶν.

Usus quoque Herodoteus constat (frequentior ille compositi ἀνάγω) ex I. 147. εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες . . . . . καὶ ἀπατούρια ἄγουσι ὁρτήν. ἄγουσι δὲ πάν-

πανήγυριν, καὶ τὰς ἱερομηνίας· ἅτε τοῦ μηνὸς ὄντος
ἐπωνύμου τῇ θεῷ· τοῦτο γὰρ ἐπὶ τὸ ἄμεινον τῆς θεοῦ ἔσεσθαι
τιμῆς, ἥτε ταῖς ἡμέραις ταύταις ἐνδοξοτέρα τε καὶ εὐδοκιμωτέρα
εἰς πάντα διαμενεῖ χρόνον.

VARIÆ LECTIONES.

p. 132. D.—(21.) Lit. 2 in apogr. T, sed nullo fructu. Vox erat *πανήγυριν*, i. e. *ξύνοδον* in loco Thucydideo supr. cit.—(22.) Restituo in prima parte *ἐπωνύμου*. In apogr. extat ΙΟΥ, lit. M fine tantum apparente. (Ibid.) 16 ss. Illustratur quodammodo locut. *ἐπὶ τὸ ἄμεινον* ex Plin. *Epist.* IX. 39. *Aruspicum monitu reficienda est mihi ædes Cereris in prædiis in melius et in majus.* Ceterum de hujusce studii origine vid. Pausan. IV. 31. 6.—(23.) Credo post lit. 11. excidisse cum ceteris, *ταύταις*, ex facta intervalli mensuratione. Sed ne vestigia quidem apparebant.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

τες πλὴν ἐφεσίων καὶ κολοφωνίων· οὗτοι γὰρ μοῦνοι ἰώνων οὐκ ἄγουσι ἀπατούρια. Sic in 148. *ἴωνες ἄγεσκον ὀρτήν.* cp. VIII. 26. *ἀνάγω* in III. 79.

Illustr. ex LXX. *Esth.* IX. 28. *αἱ δὲ ἡμέραι αὗται τῶν φρουραὶ ἀχθήσονται εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.* cp. vs. 18. præc. Sic in I. *Esdr.* I. 1. 19. *ἤγαγεν ἰωσίας τὸ πάσχα .... ἠγάγοσαν οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ ..... τὸ πάσχα.* II. Maccab. I. 9. *καὶ νῦν ἵνα ἄγητε τὰς ἡμέρας τῆς σκηνοπηγίας τοῦ χασελεῦ μηνός.*

Locutio obv. in N. T. exempl. Matth. XIV. 6. *γενεσίων δὲ ἀγομένων τοῦ ἡρώδου.* Citant interprett. Arrianum I. 10. Thucyd. V. 75. etc.

Nil frequentius in Scriptt. Rom. est quam *ducere funus, pompam, choream: festa* dicuntur *agi, coli, exerceri.* Vid. Ovid. *Fast.* VI. 179. Cic. *Verr.* II. 4. 48. Arnob. V. princ.

21. *Ἱερομηνίας. Solennitates sacras in mense aliquo instituendas.* Herodian. *Hist.* I. 16. *τὴν δὲ τοῦ ἔτους ἀρχὴν ἱερομηνίαν ἄγουσι τῷ τῆς ἰταλίας θεῷ.* Pind. Nem. III. 3. ss. *Τὰν πολυξέναν ἐν Ἱερομηνίᾳ νεμεάδι ἵκεο δωρίδα νᾶσον.*

II. ΕΦ. b.

ΙΝ . . . . ΚΑΙΤΟΥΤΟΔΙΑΤΑ . . . .
..ΜΑΤΑΔΕΔΗΛΩΚΕΝΑ . ΟΘΕΝΑ . . . ΚΑ .
ΠΩΝΕΙΣΤΕΤΗΝΕΥΣΕΒΕΙΑΝΤΗΣΘΕΟ.
ΚΑΙΕΙΣΤΗΝΤΗΣΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣΕΦΕ
ΣΙΩΝΠΟΛΕΩΣΤΕΙΜΗΝ · ΦΑΝΕΡΟΝΠΟΙ
ΗΣΑΙΔΙΑΤΑΓΜΑΤΙΕΣΕΣΘΑΙΤΑΣΗΜΕΡΑΣ
ΤΑΥΤΑΣΙΕΡΑΣ ·ΚΑΙΤΑΣΕΠΑΥΤΑΙΣΕΚΕ
. ΕΙΡΙΑΣΦΥΛΑΧΘΗΣΕΣΘΑΙ·ΠΡΟΕΣΤΩ
ΤΟΣΤΗΣΠΑΝΗΓΥΡΕΩΣ
ΤΙΤΟΥΑΙΛΙΟΥΜΑΡΚΙΑΝΟΥΠΡΙΣΚΟΥ
ΤΟΥΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ· . . ΤΟΥΑΙΛΙΟΥ
ΠΡΙΣΚΟΥΑΝΔΡΟΣΔΟΚΙΜΩΤΑΤΟΥΚΑΙ
ΠΑΣΗΣΤΕΙΜΗΣΚΑΙΑΠΟΔΟΧΗΣΑΞΙΟΥ

ιν . . . . καὶ τοῦτο διὰ τὰ ἀνα-
θήματα δεδηλωκέναι· ὅθεν ἅλις καρ-
πῶν εἴς τε τὴν εὐσέβειαν τῆς θεοῦ,
καὶ εἰς τὴν τῆς λαμπροτάτης ἐφε-

VARIÆ LECTIONES.

(1). Decretum erat conventionale, cujus in fracto lapide principium deest. Ex ΙΝ probabiliter conjeceris *πανήγυριν*. In 9 et 11 apogr. exhibet Γ et Λ, mendose satis. Dein refinxi *ἀναθήματα*. Anne *ἱμάτια*, ut in Dione, LI. 20. *ἐν περιπορφύροις ἱματίοις τὴν πομπὴν αὐτῷ συμπέμψαι?* In hac parte difficillima perspectu erant vestigia.—(2.) In 5 apogr. exh. Α, in 7 Λ. Versus finem omnia erant confusa. Descripseram post 18, ΑΚΑΙΚΛΥ, unde dedi in explicatione

σίων πόλεως τιμήν· φανερὸν ποιῆ-
σαι διατάγματι ἔσεσθαι, τὰς ἡμέρας
ταύτας ἱερὰς, καὶ τὰς ἐπ' αὐταῖς ἐκε-
χειρίας φυλαχθήσεσθαι· προεστῶ-
τος τῆς πανηγύρεως
τίτου αἰλίου μαρκιανοῦ πρίσκου

VARIÆ LECTIONES.

quæ mihi visa probabiliora. Locutio est Herodotea ἅλις ἔργων; nequis vero objiciat hoc explicandum esse ut in Diodor. xx. 26. περὶ μὲν τῶν πραχθέντων ἅλις ἡμῖν ἐχέτω, mando eum ad *Phœniss.* 1762. *Suppl.* (Eurip.) 1149. s.; *Cyclop.* 248. Atqui in loco aspero incedere est difficile, adeo ut quis conjicere

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

8. Ἐκεχειρίας. *Inducias*, Angl. *armistices.* Vox obvia in Thucydide sæpius; ex. c. IV. 117.; V. 1. 32. Solennis erat hæc observantia in Olympicis, ut liquet ex Pausan. V. 4. 4. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἴφιτος ..... τὸν ἀγῶνα διέθηκεν ἐν ὀλυμπίᾳ, πανήγυρίν τε ὀλυμπιακὴν αὖθις ἐξαρχῆς καὶ ἐκεχειρίαν κατεστήσατο. Lacedæmonii inducias violarunt, et propterea erant ab Eleis a sacris prohibiti, ni mulctam lege Olympiaca irrogatam penderent. Cp. Thucyd. V. 49.

9. Πανηγύρεως. De ludis dictum in Demosth. *Fals. Legat.* 401. 14. Idem sonat ξύνοδος in Thucyd. III. 104. ἦν δέ ποτε καὶ τοπάλαι μεγάλη ξύνοδος ἐς τὴν δῆλον τῶν ἰώνων .... ὥσπερ νῦν ἐς τὰ ἐφέσια. Sic *nundinarum feriæ*, in Cic. *ad Attic.* I. 14.

Conventus indicatur solennis totius populi ad celebrandos dies festos, ludos publicos, spectacula. Nequit melius explicari quam per Olympica, ut in loc. Pausan. supr. cit. Ælian. IX. 5. 34.

Præfuerunt ἀγωνοθεταὶ, *arbitri certaminis*, ex collegio, ni fallor, Asiarcharum in Epheso delecti. Sic Olympicorum meminit Pausan. V. 9. 4. Herod. VI. 127.

Occurrit vox πανήγυρις in N. T. viz. S. Paul. *ad Hebr.* XII. 23. ubi bellæ comparationi κατ' ἀντίθεσιν inservit Œconomiarum: augeturque vis contrapositi quum fuerint quoque Judæis sui conventus, מוֹעֲדִים cp. Ezek. XLVI. 11., Hos. II. 11. ubi LXX. πανηγύρεις.

Denique ex hoc fonte profluebat πανηγυρίζω, *conventum ago*, ut in Herodian. I. 9.

τοῦ ἀγωνοθέτου, τίτου αἰλίου
πρίσκου, ἀνδρὸς δοκιμωτάτου, καὶ
πάσης τιμῆς καὶ ἀποδοχῆς ἀξίου.

VARIÆ LECTIONES.

possit vel εἰωθέναι· καὶ καρπῶν ..... διατάγματι, vel, si hæc locutio absona judicetur, ... δὲ κρίσεων διατ. Hoc concesso, crediderim lapicidam sculpsisse εἰωθέναι, ante oculos versante, quod præit, δεδηλωκέναι, nam Græcum magis sonat εἰωθότα, sc. δῆμον.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

13. Ἀποδοχῆς. *Laude, veneratione.* Notissimus est locus in *Epist. ad Timoth.* I. 1. 15. πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος, repetitusque in cap. 4. 9. Uberrima illustratio conspicitur in commentt. ex Polyb. *Hist.* II. 56.; Laert. V. 64.; Joseph. *Antiq. Jud.* VI. 14. 4. Sæpenumero usurpat Diodorus: nostra illustrantur præcipue ex IV. 51. p. 148 Bipont.

III. ΕΦ. c.

. . . .
ΤΗΝΠΑΝΗΓΥΡΙΝΚΑΙ.ΑΤΕΛΕΙ:
ΚΑΙΕΚΕΧΕΙΡ.ΑΣΕΙΣΟΛΟΝΤΟΝ
.ΠΩΝΥΜΟΝΤΗΣΘΕΟΥΜΗΝ.
ΤΥΧΟΝΤΑΚΑΙΤΗΝΑΡΤΕΜΙΣ.
ΑΚΗΝΚΡΙΣΙΝΚΑΤΑΣΤΗΣΑΝΤΑ
ΚΑΙΤΑΘΕΜΑΤΑΤΟΙΣΑΓΩΝΙΣ
ΤΑΙΣΑΥΞΗΣΑΝΤΑΚΑΙΑΝ . . .
ΑΝΤΑΣΤΩΝΝΙΚΗΣΑΝ . . .
ΑΝΑΣΤΗΣΑΝΤΑ

ΤΗΝΤΕΙΜΗΝΑΝΑΣΤΗΣΑΝ. . .
Λ·ΦΑΙΝΙΟΥΦΑΥΣΤΟΥ
ΤΟΥΣΥΝΓΕΝΟΥΣΑΥΤΟΥ

. . . .
τὴν πανήγυριν καὶ τὰ τέλεια
καὶ ἐκεχειρίας, εἰς ὅλον τὸν
ἐπώνυμον τῆς θεοῦ μηνὰ

VARIÆ LECTIONES.

(2.) 17 erat in apogr. Δ. 22ᵐ vestigia tantum extabant.—(3.) 16 apogr. exh. E, mendose.—(7.) Omnia a 16 et per l. 8 erant evanida. At correxi fidenter satis.—

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. **Τέλεια.** Suppl. *ἱερὰ*, et vertas, *integra sacra*, vel *lectas hostias*. Hanc versionem præfert Dukerus in loc. Thucyd. v. 47. *ὀμνύντων δὲ τὸν ἐπιχώριον*

τυχόντα, καὶ τὴν ἀρτεμισι-
ακὴν κρίσιν καταστήσαντα,
καὶ τὰ θέματα τοῖς ἀγωνισ-
ταῖς αὐξήσαντα, καὶ ἀνδρι-

VARIÆ LECTIONES.

(11.) In apogr. 1ᵃ et exaratur Α. ΑΠΠΙΟΥ? Nomen erat fortasse Afranius, dedi vero quæ mihi visa probatiora. Quis lapidem inspiciens inde a sexta linea

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

ὅρκον ἕκαστοι τὸν μέγιστον κατὰ τῶν ἱερῶν τελείων. Quippe erant Latinis majores et eximiæ hostiæ cui respondebant apud Græcos **θύσιαι τέλειαι.** Hinc in *Orat. adv. Aristocr.* 642. 16. plene exponitur jurandi modus; **οὐδὲ τὸν τυχόντα τιν' ὅρκον τοῦτον ποιήσει, ἀλλ' ὃν οὐδεὶς ὄμνυσιν ὑπὲρ οὐδενὸς ἄλλου, στὰς ἐπὶ τῶν τομίων κάπρου καὶ κριοῦ καὶ ταύρου, καὶ τούτων ἐσφαγμένων ὑφ' ὧν δεῖ, καὶ ἐν αἷς ἡμέραις προσήκει.** Cp. *Orat. adv. Neær.* 1365. 17.

Notanda quoque locutio in Lucian. *Tim.* 7. **καθ' ἱερῶν τελείων ἑστιάσας.** cp. Aristoph. *Equites.* 658. s. et *Iliad.* α', 66. 315.

Summa rei huc redit, civem insignem, in cujus honorem simulacrum fuerat positum, lautiore apparatu victimarum, solennitatum, rituum, sacra Artemisiaca instruxisse.

4. **'Αρτεμισιακὴν κρίσιν.** Vid. not. in VV. LL. ad inscript. I. 20. Ad ludos solennes spectare verba persuasum habeo, ut cetera omnia simul nexa, *cœtus, victimæ, induciæ*, etc.

6. **Θέματα.** Varias hujus significationes labor foret recensere: sunt *positiones, deposita, ordines;* dein, *thesauri, fercula, capsulæ;* immo, *statuæ, aræ, ædificia, legiones, provinciæ.* Cogitabam de *ordine* certaminum, ex vestig. Pausan. v. 9. 4. viz. **ἀγωνοθετεῖν, τιθέναι ἀγῶνα,** sensu sane legitimo, si generalem spectes; et proinde obv. in LXX. Levit. XXIV. 6. 7. **καὶ ἐπιθήσετε αὐτοὺς δύο θέματα, κ. τ. λ.** Hebr. מערכות.

Quid vero **αὐξῆσαι τὰ θέματα,** *augere ordines?* Hoc equidem duriusculum.

Nota est locutio *ponere*, de certaturis: ut in Virg. *Bucol.* III. 36.; Plaut. *Curcul.* II. 3. 76. s. Hoc Græcum quoque, ut liquet ex Demosth. *Or. contr. Spudiam*, 1031. 7. **θέντες ἐνέχυρα μετὰ χρυσίων,** ne plura citem. Sed magis ad rem facit locus insignis in *Orat. Amator.* 1408. 27. **πρὸς γὰρ τοῖς τιθεμένοις** (nempe, **ἐπάθλοις,** *præmiis*) **τὸ**

άντας τῶν νικησάντων
ἀναστήσαντα.
τὴν τιμὴν ἀναστήσαντος
λ. φαινίου φαυστοῦ
τοῦ συγγενοῦς αὐτοῦ.

VARIÆ LECTIONES.

vetustate tam exesum de singulis ut penitus perspectis pronuntiaverit? Adhuc hæreo inter prænomina Λ. A. T. et nomina ΦΑΙΝΙΟΥ, ΦΑΝΝΙΟΥ, quorum posterius memoratur a Tullio in Epist. ad Attic. XVI. 13. Gens erat plebeia, sed consularis. Plures Fannii erant, viri nominatiores, ut constat ex Tullii locc. *Brut*. 26.; *S. Rosc*. 4, 5.; et Joseph. *Antiqq*. XIII. 9. 2. Fenii quoque: ex. c. Præfectus ille annonæ sub Nerone, postea prætorio, ap. Tacit. *Annal*. XIII. 22.; XIV. 51.; XV. 50. etc. FENIVS IIVIR in numism. Vaillant. I. 25. et apud Gruterum, p. 782. Inscr. 10. 2. L. FENIVS ACHILLEVS, alibi script. FAENIVS, ut in nostris. Fenia gens erat parum nota. Cognomen reperitur ut plurimum inter Sullas et Anicios. cp. Schott. *Elect*. in Rosin. p. 921.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

γυμνασθῆναι καὶ μελετῆσαι τοιαῦτα οὐ μικρὸν ἆθλον προφανήσεται τοῖς καὶ μετρίως ἀρετῆς ἐφιεμένοις.

Hinc prodit sensus maxime accommodatus: *præmia certaminis*, quæ posita, *θετὰ*, et sermone antiquiore dicta, *ἆθλα, ἄεθλα, ἔπαθλα*. Video consentientem Passovium in *Enchirid. Gr. L*. I. 1049. *θέμα .... der für die Athleten ausgesetzte Kampfpreis*.

Erant nempe tria: *ἆθλα* s. *ἔπαθλα, βραβεῖα, θέματα*, quorum illa magis usu Classicorum comprobata. Sed notes distinctionem; *βραβεῖον* erat *τὸ τοῦ βραβευτοῦ δῶρον, ἆθλον* vicissim *τὸ τοῦ ἀθλοφόρου λῆμμα*. De certaturis, *ἀγωνισταῖς*, dicuntur *τὰ θέματα*.

Sensum *τοῦ θέματος, θεματίου*, sc. *aram*, reperiet Lector eruditus in inscr. XIV. 1. restitut.

PHILADELPHIA.

Turc. AÏLÁH SHEHIR.

URBEM illustrem fundavit Attalus Pergamenus, cui agnomen Philadelphus, ad radices Tmoli, amnemque juxta Cogamum. Nec auspicato: nam vicinia Catacecaumenes, terræque propterea motus crebri, sedes minime tutas præbuerunt: labefacti muri, diruta ædificia: proinde rura petere coacti cives.

Hinc laudes Tiberii, auctore Tacito, cujus benivolentiam expertæ sunt in rebus afflictis civitates Asiæ, Sardes, Magnesia Sipylena, Philadelphia, aliæ bene multæ; nec deerat grata beneficiorum recordatio, nummis cusis, aris, statuis, templis in honorem imperatorium positis.

Inter Lydiæ urbes secundum locum obtinuit Philadelphena. Ibi conventus sacri habiti, ludique celebrati solennes.

Varia erat fortuna, vexantibus Asiam Mahommedanis, et a Græcis et barbaris. Expugnata est una cum Smyrna, Epheso, Laodicea, regnante Alexio, a Duca, qui Turcum Tangripernem profligaverat: dein ab Alexio, brevi intervallo. Imperatorem Manuelem, post infelicem cum barbaris congressum ad Zibricam, hospitio excepit. Tentata est, regnante Andronico Palæologo, ab Alisura; cives vero obsidione pressi a Rudigero Romanisque liberabantur. Ultima demum sors accedebat, adventante Bayazîd. Turcis cessit, fame et inopia vexata, civium verò ardore inextincto.

Sed missis cædibus et rapinis, ævoque barbaro, redeamus ad Apostolicum. Memoratur, ut notissimum est, urbs Attalica in Apocalypsi: *Nonnullam habens virtutem, et observans sermonem Domini, neque abnegans nomen ejus.* Insigne veritatis monumentum! Manet adhuc incolumis, Scholæque insunt, Sacerdotes, Angelus Ecclesiæ, Ritus, Sacella. Fidem tuentur avorum, non illam equidem, quod speraverim, sinceram, atqui ex fonte Apostolico derivatam; idcirco meliora spondentem. Quid dicit Historicus, non ille ex fidelium numero? "Servata est sive per Prophetiam sive Virtutem Philadelphia. Remotior a maritimis,

nec jam amplius versata in principum memoria, præterea a barbara manu circumsessa, virtutem civium fidemque inexpugnabilem per octoginta annos ostentaverat: nec demum victori insolentissimo dedita arx nisi pactione deditionis facta. Inter Colonias Asiaticas Ecclesiasque, columnæ instar quam circumstant undique strages et ruina, urbs Philadelphena etiam nunc durat."

Mænia adhuc, propugnacula, fragmina aquæductus, curia in acropoli, murorum portæ, aspicienti obvia, referentia vero telluris, bellorumque conquassationes. Erat quoque Philadelphenis suum fanum Sancti Theologi. Ædificii non spernendi cernuntur columnæ arcuumque vestigia: sed locum sacratum tenent Imaumitica superstitio fraudesque pseudopropheticæ.

Episcopus Philadelphenus est Metropolitanus: aliquando non item, utpote Sardiano subditus, vel, quod aiunt, suffraganeus. Hoc partitionibus provinciæ, quæ olim invaluerant, tribuerim; nam Plinius testatur, cives Philadelphiæ cum ceteris ibi memoratis in jurisdictionem Sardianam convenisse.

Cf. Plin. v. 30.; Strab. XII. p. 76., XIII. p. 155. Tauchn. Ptolem. v. 2.; Gibbon. T. VII. p. 462., VIII. p. 58.; Itinerarium Arundelli (1828) p. 172.

* * * * * * *

In Philadelphia commoratus, inscriptiones quatuor in schedas retuli, quarum tres insigniores:

a. Titulus statuæ in honorem viri consularis, Flavii Archelai Claudiani, procurante Glycone vel Glykine, curiæ præside, vel assessore.

b. Fragmentum poematii, ex lapide angulari in arcu exteriore Templi prædicti, S. Joannis. Supplementum ex relliquiis tentavi.

c. Monumentum sepulcrale; ex pavimento pro æde Turcica, *Yehánnah-djiámmi*. Locum Heroi cujusdam insignit.

b. Titulus sepulcralis, in memoriam matronæ Artemidoræ.

IV. Φ. a.

ΦΛΑ . . . . . . ΧΕΛΑΟ .
. ΛΑΥΔΙΑΝΟΝΥΠΑ
ΤΙΚΟΝ . . . .
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ
ΤΗΣΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ
ΓΛΥΚΙΝΟΣΠΑΠΙΟΥ
ΑΥΤΟΥΒΟΥΛΑΡΧΟΥ

φλάβιον ἀρχέλαον
κλαυδιανὸν, ὑπα-
τικὸν . . . .

VARIÆ LECTIONES.

(2.) Hæreo in cognomine. Vestigia subobscura extabant in marmore **τοῦ Λ**, unde Claudianum id fuisse colligas licet. Titulus vero **ὑπατικὸς**, cujus 3ª in Apographo prorsus deest, 4ª erat Ε. Quæ sequuta omnino erant deleta. Conjecerim **πρεσβευτὴν**, aut simile quid.

Consulares (**ὑπατικοὶ**) proprio sensu erant qui aliquando consulatum gesserant, sed postea (sc. imperante Octaviano) minus stricto, qui ad provincias vel populi vel Cæsarianas missi sunt. Hi Legati Consulares **πρεσβευταὶ ὑπατικοὶ**, illi Legati pro prætore (**πρ. στρατηγικοὶ**), nuncupati. Legati Consulares, qui et simpliciter Consulares audiebant ad arbitrium Imperatoris in provincias Cæsarianas ibant, et ad arbitrium ejusdem revocabantur. Prætoriis quoque in suis provinciis jus consulare datum, qui proinde Consulares dicebantur. Florente Constantino, ubi imperium erat in diœceses partitum, et Præfecti prætorio ad quatuor aucti, Consulares erant qui sub Præfectis provincias administrabant. Nec prætermiserim Consulares Hadriani, judices nempe quatuor qui jura dabant Italiæ provinciis. Vid. Salmas. in Spartian. *Hadrian.* XXII. Pitisc. *Lexic. An-*

ἐπιμεληθέντος
τῆς ἀναστάσεως
γλυκῖνος παπίου
αὐτοῦ βουλάρχου.

VARIÆ LECTIONES.

tiqq. I. p. 556. Addas quod probat Marinius, ex inscriptt., consulares quoque dictos quorum familia aliquando consulatum gesserat, vel qui munere imperatorio titulum fuerant adepti. *Fratell. Arval.* pp. 794. 800.

(6.) In nomine hæreo. Invenio in apogr. 4m, 5m, 6m, 7m obscure distinctas IIII. Primo cogitavi de γλύκωνος. Habemus vero γλυκινὰν vel γλυκιννὰν infr. in tit. XI. 3.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

7. **Βουλάρχου.** Erat fortasse Papias curiæ Philadelphenæ præses. Notissimus est titulus in Antiqq. Roman. Princeps Senatus: ex. c. Liv. XXVII. 11.

Vox Æschylea est, nempe, *Suppl.* 11. **Δαναὸς δὲ πατὴρ, καὶ βούλαρχος,** i. e. *Consiliarius:* et hoc mentem revocat ad Consiliarios (**συμβούλους** in Dion. LVII. 7.) vel Assessores (**παρέδρους**) nempe, Jurisconsultos quos provinciarum magistratus secum ducebant, et quorum opera utebantur *in cognitionibus, libellis, edictis, decretis, epistolis.* cp. Paull. I. f. *De offic. assessor.*

Consiliarii memorantur in Sueton. *Tiber.* XXXIII.; *Claud.* XII.; Assessor, in *Galb.* XIV. cp. Senec. *Tranquill. Anim.* III. 4. Utrumque habet Spartian. *in Nigr.* VII. p. 170. Bip. Nomen et munus jus nostratium retinuit.

V. Φ. b.

....

CΦAIPH...
ΦPAΦNΔOM..
NYMΦHCINΔP.....
ΦPAICKAINYMΦ....
ЄYTPOΠIO..Є.....
CΠ.IONTOKPYΦ...
KAIΔOMONΦP....
KЄ.ΘMAC.MN........
AΘPHCAIΠOΘ...
ΔЄPKЄOKPHΔЄMNO.
ЄYTPOΠIOYXAP....

. . . .

σφαιρηδὸν νυμφέων εὐτροπίοιο λέων
ὡραίων δόμον εἰσθρώσκειν ποθέει, καὶ ὁμιλεῖν

VARIÆ LECTIONES.

Lapis ex quo hæc descripta sunt in loco altiori positus erat omnino pene supra conspectum, oculorum saltem quales mei sunt. Propiorem tentavi, sed frustra. Quod dedi officiis viri amicissimi ex Lynceorum familia debeo, ex

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. **Σφαιρηδόν.** Vocem restitui ex *Iliad.* *ν*′, 204. Credo motum saltatorium ob oculos poni. Sed disserendum inprimis de materia inscriptionis: dein singula quæque attingam.

Argumentum vel petitum fuisse ex

νύμφῃσιν· δρασμὸς φίλτερον ἢ πολεμεῖν·
ὡραίαις καὶ νύμφῃσιν κλέος οὐ μέγ' ὀΐω

VARIÆ LECTIONES.

proprio penu vero emendatum. En σφάλματα! In l. 2. ὡράων pro ὡραίων. In 4. ὥραις pro ὡραίαις, nisi, quod verisimillimum est, hoc ex incuria opificis

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Claudianis, vel parilem sensum cum iis habere, non multum abest quin fidenter pronuntiarem.

Memorat poeta festivo more expeditionem Eutropii contra barbaros, ex qua insignia tantum victoriæ, non ipsam victoriam retulit. *In Eutrop.* I. 234. ss. Consulatum exinde et plorat et ridet. 300. ss. Postea male gesta exponit, præsertim in re Targibili, ducis Getarum, qui ferro et igni Phrygiam vastaverat. Hunc donis furtim missis aliisque præmiis tentat Eutropius, sed frustra: dein concilium bellicum convocat, monetque ut de bello cogitent; se satisfecisse reipublicæ in rebus contra Armenios gestis; nunc senem esse, et fessum ætate: juvenes interim bellum capessant. *Ibid.* II. 316. ss.

Tunc Leo quidam, Thraso ridiculus, surgit, ceteros adhortatus, pollicetur que se bellum hoc brevi esse ad finem perducturum. Ipse statim cum exercitu effeminato proficiscitur, nullo ordine observato, summaque negligentia. Targibilus fugam simulans, agmine repente converso, vino et somno sepultos invadit, ingentemque stragem edit: ipse Leo fuga in paludem delatus, misere perit. *Ibid.* 376. ss.

En materiam inscriptionis, quam ex Argumentis collegi, in Edit. Parisiensi, vol. I. pp. 554. seq.

Titulus ergo erat irrisorius; quod non mireris factum, quum tot dedecoris adulatorii monumenta extiterint, quæ laudes Eutropii ultra modum prædicabant, eum nempe fuisse et nobilissimum et fortissimum, immo alterum conditorem Urbis. cp. *ibid.* vv. 70. ss.

De crisi nunc agendum est. Posui σφαιρηδὸν ex indiciis in Apographo, ex loco Homerico supr. cit. Depictam censeo festinationem Leonis, dum paludem intrat et ima petit; nempe *motum gyratorium*. Nec parum lucis affunditur ex Claudiani verbis, *ubi supr.* II. 356. ss.

Obliti subito Phrygiæ, belloque relicto,
Ad solitos cœpere jocos, et jurgia circi
Tendere: nequidquam magna confligitur ira,
Quis melius vibrata puer vertigine molli
Membra rotet.

εὐτροπίου λέκτρων κεῖνον ἔσεσθ' ἐπέτην.
σπεῖον τὸ κρύφιον, δνοφερῆς ἐνὶ βένθεσι λίμνης,
καὶ δόμον ὡραίων ἔσθορε νηϊάδων,

VARIÆ LECTIONES.

ortum. In 6, descriptum erat σπιον τον κρυο ... mendose satis: in 7, καιρομον: in 8, κειομασαι: in 9, αθρνσαι. quædam alia præterea τὴν κρίσιν exigebant, sed levioris momenti.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Dein inserui νυμφέων, ex indiciis in seqq. viz. 3. 4. 10. Credo paludem facete appellatam fuisse Nympharum domum. De locut. conf. *Æn.* I. 166. 8.

Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum,
Nympharum domus.

Cp. infr. 6. Addas Martial. IV. 59. 7.

Ergo, sacri fontes, et litora grata, valete,
Nympharum pariter Nereidumque domus.

6. Σπεῖον. Forma occurrit in Hesychio, quod et notat Passovius, II. 934. Communis est σπέος, pro qua et σπεῖος, et σπῆος. cp. *Odyss.* ε', 194. *Iliad.* σ', 402.

De Antris Nympharum cp. Pausan. V. 5. 6. ἔστι δὲ ἐν τῷ σαμικῷ σπήλαιον οὐκ ἄποθεν τοῦ ποταμοῦ, καλούμενον ἀνιγρίδων νυμφῶν. Quint. Smyrn. στ'. 470. ss.

μάλα σχεδὸν εὐρέος ἄντρου,
ἄντρου θηητοῖο, τὸ δὴ φάτις ἔμμεναι αὐτῶν
ἱρὸν νυμφάων.

Epithet. κρύφιον usurpatur, ut in Stat. *Thebaid.* IX. 734.

Murmura, secretis quæ Colchidas ipsa sub antris
Nocte docet.

Ovid. *Metam.* IV. 100.

Vidit, et obscurum trepido pede fugit in antrum.

Convenit et epith. in *Ardrom.* 1213.

σύ τ', ὦ κατ' ἄντρα νύχια, νηρέως κόρη.

Intelligendus est auctor epigraphes *paludem* (in Claud. *ub. supr.* II. 438.) in qua Leo demersus periit, facete appellasse *nympharum sedem.*

8. Κεύθμασι. Odyss. ν', 366. s.

ὣς εἰποῦσα θεὰ δῦνε σπέος ἠεροειδές,
μαιομένη κευθμῶνας ἀνὰ σπέος.

Cp. *ἄντρου μυχοῖς*, in *Helen.* 423. κοίταις, in *Ion.* 891. Ovid. *Fast.* I. 555.

Proque domo, longis spelunca recessibus ingens,
Abdita, vix ipsis invenienda feris.

Virg. *Æn.* III. 424.

At Scyllam cœcis cohibet spelunca latebris.

Cp. VIII. 193. Optime nostra illustrat Phædri illud, I. 30. 9.

Paludis in secreta veniet latibula.

κεύθμασι μνησάμενος θυμοῦ τελαμωνιάδαο,
ἀθρῆσαι ποθέων ἀντίβιόν τε δόρυ.

VARIÆ LECTIONES.

Ex paucis quæ supersunt quis rationibus probabilibus nisus argumentum constituerit? Credo epigramma compositum fuisse in irrisionem expeditionis Eutropianæ contra Tribigildum, speciatim vero infelicis pugnæ in qua dux missus

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Ibid. Τελαμωνιάδαο. Hæc supplevi ex vestigg. Claudiani, *In Eutrop.* II. 386., de Leone:

Tunc Ajax erat Eutropii, lateque fremebat.

9. Ἀθρῆσαι. Hæc composui ad exemplar amaræ irrisionis in Claudiano, *ubi supr.* 395. ss. quibuscum conf. 452. ss.

nunquam mea dextera segnis
Ad ferrum: faveat tantum Tritonia cœptis,
Inceptum peragetur opus:
* * * * * *
Ecce levis frondes a tergo concutit aura;
Credit tela Leo: valuit pro vulnere terror,
Implevitque vicem jaculi, vitamque nocentem
Integer, et sola formidine saucius efflat.

10. Δερκεοκρήδεμνοι. Facetum sane epitheton, et quod ad indolem muliebrem describendam optime comparatur. Κρήδεμνον erat ornatus capitis inter mulierculas, instar veli utrobique pendens. Utebantur ad vultus celandos.

Non antea vulgatum existimo: certe non reperi. Video in Nicandri *Alexipharm.* 67. s.

πολλάκι δὲ σκίνακος δερκευνέος, ἢ ἀπὸ νεβροῦ, πυετίην τμήξαιο.

Vulgo exponitur δερκευνής, *inter-dormiendum-videns.* Hinc nostrum reddas, *per redimicula-capitis-speculantes.*

11. Χαροπόν. Epitheton leoni attributum in *Odyss.* λ', 610. et alias. Sequentia, δυσμενέσιν δὲ χαράν, (vel, ut in Iliad. γ', 51., χάρμα δὲ δυσμενέσι, *oblectamentum,* h. e. *ludibrium, hostibus*), tentavi ex vestigiis in inscriptione ipsa, et dicendi ratione, præsertim inter Byzantinos. Nec abest auctoritas Claudiani ipsius, qui a lusu verborum tali non abhorret: ex. c. *In Eutrop.* I. 274.

Tu telas, non tela, pati; tu stamina nosse.

Præter ea quæ ex poeta dedi de Eutropio et Leone, historicas narrationes inveniet Lector eruditus in Zosimo, v. 14. ss. p. 310. Oxon. Memorat quoque defectionem Tribigildi Socrates in *Hist. Eccles.* VI. 6. Quæ descripsit Suidas in voc. Λέων, censendus est ex Eunapio transtulisse. Vid. Edit. Kus-

δερκεοκρήδεμνοι κούραι, δέξασθε λέοντα
εὐτροπίου χαροπὸν, χάρμα δὲ δυσμενέσι.

VARIÆ LECTIONES.

Leo pœnas temeritatis morte luerat. Claudian. *in Eutrop*. II. 406. ss. De hisce in notis fusius egi.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

ter. vol. II. p. 428. Cuncti vero Claudiano fidem faciunt, notante Gibbono nostro, qui et ipse rem attigit: cp. vol. IV. pp. 179-182.

VI. Φ. c.

. . . .

. . Π . . . .

.ΥΝΑΙΚΙΑΥΤΟ.

.ΗΝΙ.ΓΗΛΛΗ

ΜΝΗΜΗΣΑΕΝΑ

ΟΥΧΑΡΙΝΟΙ

ΠΑΙΔΕΣΩΝ

ΤΟΗΡΩΟΝ

VII. Φ. d.

...ΕΜΙΔΩΡΑΠΛΟΥΤΙΩΝΟΣ

..ΝΗΔΕΩΝΔΟΥΠΟΡΕΩΣ......

ΧΑΙΡΕ

. . . .

. . π . . . .

γυναικὶ αὐτοῦ

VARIÆ LECTIONES.

(1.) Hæc litera, quæ sola restabat in prima linea, erat fortasse prænominis, ΠΟΠΛΙΟΣ. Jacet hoc fragmentum heroi in atrio templi Mohammedani (Moschæ), tritu congredientium pene absumptum. Feminæ prænomen erat vel

. ηνία γῆλλῃ
μνήμης ἀενά-
ου χάριν, οἱ
παῖδες σφῶν
τὸ ἡρῶον.

ἀρτεμίδωρα πλουτίωνος,
. γυνὴ δεωνδουπορέως χρηστή,
χαῖρε.

VARIÆ LECTIONES.

ΦΗΝΙΑ (cp. Tit. Ephes. III. 11.) vel ΜΗΝΙΑ (cp. Horat. *Sat.* I. 3. 21.) Galla ubique obvia: Juven. I. 125. pluries Martialis. (6.) En lapicidæ aut inscitiam aut incuriam! Insculpsit quod dedi; debebat ΠΑΙΔΕϹϹΦΩΝ. Species literarum, hinc Ϲ inde Ω, in errorem ducebant. (8.) Hæc in domo Græci cujusdam ex marmore sepulcrali descripsi. Figuræ extabant, arte haudquaquam mediocri sculptæ. Supplevi ex tit. Smyrn. viz. XXIX. infr. (9.) De nomine incertus sum. Fortasse erat λεώνδας, (id est, λεωνίδας,) ut ἐπαμινώνδας, χαρώνδας, παγώνδας in Pausan. V. 8. 2. etc. Dein πορέως a recto πορεύς, i. e. πορθμεύς. Nisi sit Porensis, a Poro insula, cujus nomen antiquum erat Καλαύρεια.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

7. Ἡρῷον. Significatio justa et antiquior erat *monumentum*, *fanum*, *sacrarium herois*: recentior *sepulcrum*. Ejusmodi formæ sunt ἡραῖον, ἡρακλεῖον, θησεῖον, etc. Vid. Rhodigin. *Lect. Antiq.* XVII. 18. pp. 548. s. Passov. *Enchirid.* I. 1032.

Illustrant seqq. Herod. V. 47. ἐπὶ γὰρ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἡρῷον ἱδρυσάμενοι, θυσίῃσι αὐτὸν ἱλάσκονται. *Ibid.* 67. ἡρῷον γὰρ ἦν καὶ ἔστι ἐν αὐτῇ τῇ ἀγορῇ τῶν σικυωνίων ἀδρήστου τοῦ ταλαοῦ. Verba in IX. 25. καὶ τοῦ τεμένεος τοῦ ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος eundem sensum præ se ferunt, ut liquet ex Thucyd. III. 24. ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸ τοῦ ἀνδροκράτους ἡρῷον. Pausan. I. 42. 8. Κατὰ δὲ τὴν ἐς τὸ πρυτανεῖον ὁδὸν ἰνοῦς ἐστιν ἡρῷον, nempe et sepulcrum et fanum, ut liquet ex seqq. Transibat vox ad Latinos: ex. c. Plin. X. 6. 1. *Quam ob causam incolæ quod vocant Heroum in eo loco fecere etc.* Cic. *De Legib.* II. 24. *Quod autem "heroum," id est, vestibulum sepulchri, "bustumve usucapi" vetat, tuetur jus sepulcrorum.* Existunt vero in h. l. var. lectt. *eorum*, *forum*.

SARDES.

Turc. SART.

De Sardibus scribit Plinius: "A Mæoniis civitas ipsa Hyde vocitata est:" Strabo quoque, *οἱ δὲ τὰς σάρδεις ὕδην ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῆς.* Ex fonte Homerico hausit Hesychius, sc. *ὑ.* 385. Urbs certe illustris, interque antiquiores, Lydorumque, quos Homerus Mæonas appellat, sedes regia.

Heraclidæ primo memorantur regiam dignitatem nacti. Hac stirpe oriundus Agro, qui sedem Sardibus fixit: postremus memoratur Candaules, quem Gyges, impellente regina, necavit, fundavitque imperium Mermnadarum.

Regnante Ardye, qui proximus a Gyge fuit, a Cimmeriis Sardes expugnatæ, quos demum Ardyis nepos Alyattes ex Asia profligavit. Memorantur post Cimmerios a Strabone expugnatores Treri Lyciique.

Splendorem maximum sub Crœso Sardes assecutæ: hinc *ἐξόχως* "Crœsi regia" ab Horatio nuncupatur. Nec, ut notissimum, diu mansit imperium. Victoribus Cyro Persisque opes et regnum cesserunt, Satrapæque præfecti.

Dario (Hystaspis) regnante, Aristagoras Milesius adversus Sardes expeditionem suscepit, domosque ex arundine constructas, et Cybeles templum combussit.

Hiberna ibi Xerxes, Græciam invasurus, constituit: præconesque ad Græcorum civitates misit ut aquam terramque, subditorum munera, deposcerent.

Persarum imperio finito, rerum potiti sunt Macedones. Inter primos Sardiani, statimque post prælium ad Granicum, urbem Alexandro in ditionem dediderunt. Clementer acceptos victor *αὐτονόμους* faciebat.

Ibi soror ejus Cleopatra, certatim a nobilissimis ambita ducibus, Antigoni jussu, ante nuptiarum conciliationem, per dolum a præfecto mulierecularum quarundam opera necata est.

Flagrante bello regum fœderatorum contra Antigonum, urbem arcemque munitissimam occupavit e ducibus Lysimachi unus, Prepelaus.

Sardiana sola ex Asiæ civitatibus Nicatori obstitit in bello ejus contra Lysi-

machum. Demum vero oppugnanti cessit, dedente Theodoto, cum qui inerant thesauris.

In prælio apud Sardes victoriam ab Antiocho reportavit Eumenes Pergamenus, qui exinde præda optata ducum, Asia, potitus est.

Antiochus Magnus, in bello contra Achæum, Sardes, ascensu ad arcem facto, cepit, tenuitque per xxv annos. Eo post prælium infaustum cum Scipione se recepit, et postmodum, discessu facto, Zenoni legato custodiendas tradidit: advenientibus vero Romanis, in fidem victorum se contulerunt cives, stationemque consuli præbuerunt urbem.

Bello Mithridatico flagrante, rex apud Sardianos castra habuit. Dein post clades a Sulla illatas, cives ceterique Asiæ complures, exemplum Ephesiorum sequuti, deditionem Romanis fecerunt.

Tiberio imperatore, nomen Sardianum non longe aberat quin fuerit extinctum propter motus terræ horrendos qui Asiam pene totam vexaverant. "Lues," Tacito auctore, "erat in Sardianos asperrima." Liberalitas imperatoria magnopere laudatur a Strabone, quæ et ceteras, quarum res afflictæ fuerant, civitates attigit, ædificiis restitutis, vectigalibus remissis. In memoriam rei nummi, qui adhuc extant, cusi quibus inscriptum CIVITATIBVS . ASIÆ . RESTITVTIS.

Nec solius Tiberii ea laus fuit. Hadrianus iterum diruta refecit, meritusque est titulum Neocori. Idem rursus Antoninus Pius.

Sensu munificentiæ Tiberianæ permoti legati ex Sardianis Romam adierunt ut veniam impetrarent templi in honorem Imperatoris struendi. Id vero denegatum quanquam argumento usis consanguinitate antiqua cum Etruscis.

Regnante Juliano, arx ethnicismi erat Lydiæ metropolis. Ibi natus est Chrysanthus, quem Histrio(*a*), suadente Libanio Antiocheno, Pontificem Lydiæ fecit. Ibi quoque Chrysanthi affinis, odiique ejus in Christianos particeps, qui Sophistarum vitas contexuit, Eunapius.

* * * * * * *

Propter arcem munitissimam, Crœsi regiam, Cybeles templum, fuerant jam diu Sardes celebratæ. Proverbii loco erat, qui laborem inauditum exantlaverat, *τὴν σάρδεων ἀκρόπολιν καθῃρηκέναι*. Ædes regiæ postea fuerunt senioribus civitatis in hospitium datæ; exinde nomen Gerusiam sortitæ memorantur.

Pariter cum Ephesiis erant Dianæ cultores Sardiani. Virginis titulum com-

(*a*) Ὁ ὑποκριτής, sc. Julianus imp., in S. Chrysostom. II. p. 562. B.

memorat Strabo, κολοηνὴν, quippe cujus fanum sanctissimum, summaque ab incolis veneratione habitum, apud lacum Koloen, vel Gygæam, erat. Fama hujusce cultus freti legati Sardianorum tempore Tiberii Senatum adibant, jusque asyli ad se vindicabant.

Plin. v. 30. 1.; Strab. XIII. 4. p. 153. Tauchn.; Ibid. p. 151.; Herod. I. 7. 15. s.; Horat. *Epist.* I. 11. 2.; Herod. I. 84., v. 101. 105.; Diodor. *Hist. Biblioth.* XI. 2., XX. 37. 107.; Justin. XXVII. 3.; Strab. XIII. 4. p. 148.; Liv. XXXIII. 19., XXXVII. 18. 45.; Polyb. XXI. 10. p. 101. Tauchn.; Freinshem. *Supplem. Liv.* LXXXII. 47. ex Appiano, *Bell. Mithr.* 68.; Strab. XII. 8. p. 76.; Tacit. *Annal.* II. 47., IV. 55.; Lips. in loc. cit. Tacit. Eunap. *Vit. Philos.* p. 193. Edit. Commelin. Lucian. *De Merc. Conduct.* 13.; Plin. XXXV. 49. 3.; Vitruv. II. 8. p. 64.; Strab. XIII. 4. p. 152.; Tacit. *A.* III. 63.

* * * * * * *

Quid de reliquiis Sardianis dicendum? Civitatis gloriam jam dudum abiisse; magnificentiam penitus deletam. Eminet adhuc arcis antiquæ sedes; vestigia occurrunt mænium, speculæ, columnarum; at mirum in modum contorta et rupis ipsius et propugnaculorum facies, telluris gravissimos motus referentibus quippe cunctis. Septentrionem versus vestigia theatri stadiique obvia, amplorum satis: occasum spectat Gerusia, quam vocant; Gymnasium potius; nam missa facio somnia complurium qui per hasce regiones iter fecerunt, de Crœsi ædibus. Descendentibus per latus orientale occurrunt quoque camerarum quarundam in longum porrectarum rudera, arcuatarum, et quæ fortasse substructionum vice functæ erant ædium amplissimarum. Occidentem versus et juxta ripam Pactoli cernenda sunt vestigia fani Matris Dindymenæ, antiquioris ævi quam Crœsi fuit, judice Cockerello: duæ columnæ Ionicæ, quas dicunt, eximiæ artis molisque prægrandis, locum designant: stratæ circum parietum columnarumque ruinæ. Ulterius progressus, in nido Tmoli, balnea Dianæ conspexeris. In hæc monumenta pretiosa sæviit jampridem, nec desiit adhuc sævire, barbarorum furor, quorum tuguria solum Sardianum inquinant.

Nec desunt monumenta Christianismi. Extant rudera ædium sacrarum Virginis (παναγίας) et Sancti Joannis Theologi. Hæc Sardes adeunti ex Philadelphia obvia, nec ruinis templorum absimilia quæ in sede Philadelphenorum cernuntur. Conspicere est fundamenta ex lapidibus quadratis confecta, quibus insident fornices lateritii. Utrumque ex antiquiorum ædium materia conflatum dixerim: hoc propemodum deletum; illud intactius manet.

Hactenus de ipsa sede metropolitana. Extra urbem, per planitiem Cyri, Hermis, Caystrianam, Sardianam, longe lateque sparsa monumenta spectatissima extant: Hi tumuli regum Lydorum optimatumque. In primis eminet, cujus mentio facta et a geographo illustri, et parente historicorum, Alyatticus. Ægyptiacam prope molem refert, collisque instar supra campum tollitur. Hunc, assensu circuituque facto, perlustravi; fidem Herodoteam testatus, abii.

Hæc circum monumenta conflixerunt acies, Lydorum, Persarum, Macedonum: hisce ossa conduntur! Undique solitudo, mortis facies, ruina! Verissimum Numinis Divini oraculum jampridem declaravit, *ὄνομα ἔχεις ὅτι ζῇς, καὶ νεκρός εἶ—ἥξω ἐπί σε ὡς κλέπτης, καὶ οὐ μὴ γνῷς ποίαν ὥραν ἥξω ἐπί σε!*

σάρδιες, αἱ τὸ πάλαι γύγου πόλις, αἵ τ' ἀλυάττου·
σάρδιες, αἷς βασίλει περσὶς ἐν ἀσιάδι·
αἳ χρυσῷ τὸ παλαιὸν ἐπλινθώσασθε μέλαθρον,
ὄλβον πακτωλοῦ ῥεύματι δεξάμεναι·
νῦν δὲ ὅλαι δύστηνοι, ἐς ἓν κακὸν ἁρπασθεῖσαι,
ἐς βυθὸν ἐξ ἀχανοῦς χάσματος ἠρίπετε(b).

(b) Hoc descripsi, Epigram. Bianoris Bithyni XII., ex Antholog. Brunck. Vol. II. p. 157. qui notat seqq. "Editi (in v. 2.) *ἁ βασίλευ.* Vat. *ἁ.* Emendavi *αἷς βασίλευ,* quibus Persarum in Asia stabat imperium, etc." Nugæ! vera lectio est *αἱ βασίλις,* hoc est, *quæ in Asia eras Persica regina,* nempe, Caput imperii satraparum.

VIII. ΣA. a.

. . . .
. . . .
ΙΑΠ. . . . .ΙΑ . . . .
.Α. .Є .ΝΜ .ΤΡΟΠΟΛΕWC. . . . .
. . . .Π.Τ. . .ΙΑCΦΛ·ΠΑΤΡΙΚΙΟΥΛΑΜΨΑΚΗΝΟ.
. . . . .ΝΟΥΠΡΟ.ЄΝ. . . .ЄΚΑΛ.Ν. .ΙΜΑ·Ι·WΝ
. .ΝΔΙCΝЄWΚΟΡWΝC. .Δ. . .ΜΗΤΡΟΠ. .ΙΝΔ. .ΙΒЄ. . . . .
. . . . .є. . . . .[ΑΙΜΗWΟΘΔЄCΙΟ] .ΤЄΤΑΡΤΗ[ΟΛΟΤΟΥ]
. . . .ΤΡ.ΙΑΝWΤWΘΑΥΜΑCΙWΤΑ. WΚΑΙCΑ. .
. . . .ΠΟΡΙΑΝWΚΑΙЄΚ. . .ΤΗCΑΥΤΗCΠЄΡΙΦΑΝ. . .
. . . . .ЄΤΑΠ. . . .ΚΑ.Η.ΟΝ.ΑΟΔ. . . .
. . . . .ΑΜ. .Є. .ΘΑΥΜΑ. . . . . . . .ΚΑΙ. . .ΔΙΑΦЄ. . . . .
ΝΗΜ. . .Ν. . .ΠΟΝΤ. . . . .ΤЄΧΝ. . .ΝWCЄ. . . . . . .
ΟΙΚΟΔΟΜ. . . . . .ΤЄΛΗ. . . . . . .ΑΤ. . . . . . .
ΔΙCΝЄ. . . . . .Α.ΛΟΤЄΟΔ. . . .
. . . .
. . . .
ΤЄΧΝ. .ΤΗΝΤWЄΡΓΟΛΑΒ.Є. . .ΑΙΠ. . . .
Κ. . . . . . .ΥΜЄΝ. . . ΑΙΑΝWΟ.ΤΑΠЄΡΙΠЄC. . . .ΤΟΝ
ΝΤΟΝЄΡ.Ο. . . . .Τ. .Ν . . . .
. .ΔЄΙΑΝΤW.ΝЄ. .ΟΡWΝЄΥΜЄΝ. .

*

ΓΑΖЄΙΟ..Ο...ΤΑΥΤЄΙCΙЄΝΑ.
Α.ЄΝΟ.Τ..ΛΟΦΟΝΚΑΙΠΑ...
ΑΠ.........ЄΩ.....Μ...........
ΤΩΝЄΥ.............ΘЄΟ.
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
ЄΙCΟ.ΔЄ .Η.ΟΝΚΑΙ.Α...ΝΤΟΥΠΡΟ.....
CΚΑΙΔ...........ΝЄ...ΡΟΥΜ..........
ΤΗ...ΜΟΔΟ........ΗΝЄΚЄCΚΑΙΑ
ΠΑΝ........ΠΑΛΙΝΤΟ.
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
.....ΘЄΝΤЄCΠΑΡΑΤΗCЄΑΥ...Α.ΙΟΤΗΤΟ.
.....ΜΟΔΟCΙΑΚΑΙЄΞΟ.CΙΑΗΙЄ.Є..
ЄΝΠ....

. . . .
. . . .
παπία πατρικία . . . .
σάρδεων μητροπόλεως . . . .

VARIÆ LECTIONES.

(1.) Descripsi seqq. ex lapide qui basis fuerat, credo, statuæ. Jacebat inter ruinas antiquæ urbis, Gerusiam (quam dicunt) versus. Difficillimum erat sen-

πατρικίας φλαβίου πατρικίου τοῦ λαμψακηνοῦ . . . . .
παρεχομένου προξενίαν τε καλὴν καὶ . . . . .
τῶν δὶς νεωκόρων σάρδεων μητρόπολιν δ . . . τιβερίου
σεβαστοῦ . . . . τετάρτη . . . .

VARIÆ LECTIONES.

sum vel interruptum eruere per fractos literarum ordines, quorum hi obscurati, quidam penitus deleti fuerant, eum pro sedili communiter usurpantibus paganis. Accedebat positus faciei marmoris insculptæ legenti valde incommodus. Plurima ad hunc titulum respicientia, apographo Peysonnelliano adjutus, in Auctario congessi: conf. *Voyage à Thyatire*, etc. p. 346.—(3.) Nomina habemus hic memorata filiæ, credo, patrisque: civitatis porro amicæ; nam quod posui, **λαμψακηνοῦ**, probabilis lectio est. Apogr. exh. ΛΑΜΚΛΗΤ.—(4.) De clausula despero. In mentem venerat **ἱματίων**, sc. vestimentorum etc. distributio egenis ex Sardianorum numero.—(5.) Apogr. exh. 4^{m} O, 10^{m} T, mendosa. Sardes erant, ut Pergamum, **δὶς νεωκόροι**. De postremis vero quid statuendum? Fortasse **δίου** (Divi) **τιβερίου**, cujus benivolentiam experti fuerant cives Sardiani. Possis quoque **θεοῦ**, ex usitata formula.—(6.) Quid de hisce statuendum sit

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

2. **Μητροπόλεως**. Hoc produnt et nummi, et historicorum fides. Erant Sardes et Crœsi regia, et Βασίλη Περσίς. Dein Macedonum arx illustris; et in Romanorum temporibus, non tantum Lydiæ, sed et Asiæ Helladisque, *prima* Metropolis. De hisce fusius egi in *Auctario* operis: satis est in re præsenti ad Eckhelium referre, *Doctr. Num.* vol. III. p. 115.

3. **Λαμψακηνοῦ**. Patria proxeni, (ΑΝΤΥΠΑΤΟΥ in apogr. Peysonnel.), indicatur. Cp. Cic. *in Verrem*, II. 1.24. *Oppidum est in Hellesponto Lampsacum, judices, in primis Asiæ provinciæ clarum et nobile: homines autem ipsi Lampsaceni tum summe in omnes cives Romanos officiosi.* Hinc digna erat civitas ex qua deligeretur liberalitatis imperatoriæ minister. Cp. VV. LL. ad lin. 22. De Lampsaco videndi Strab. XIII. 1. p. 92.; Mela, I. 19.; Plin. v. 40. 1.

5. **Δις νεωκόρων**. Cp. Inscript. Pergam. *a*. 10. En vero, iterum, titul. **μητρόπολιν**, quem probabiliter satis et in l. 23. reduxi.

6. **Τετάρτη**. Quænam hæ quatuor vices? Nempe Octaviani, Tiberii, Trajani, Hadriani, animi erga Sardes benevoli memorantur. Hunc titulum ad tempora Hadriani retulerim, qui civitates Asiæ auxit, dirutasque refecit; (cp. Salmas. in Spartian. p. 51.) De Trajano dubitanter cogitavi in vv. 7. 10.

τραϊανῷ τῷ θαυμασιωτάτῳ καίσαρι . . . .
ἀπορίαν, ᾧ καὶ ἐκ τοῦ τῆς αὐτῆς περιφανοῦς
. . . . ε τὰ πόλει καθήκοντα· ὁ δῆμος
. . . . ἅμα δὲ τῷ θαυμασιωτάτῳ καίσαρι διαφερόντως
τὸ μνημεῖον· καὶ ποντιανὸν τὸν τεχνίτην, ὡς εὐεργέτῃ,
οἰκοδομῆσαι καὶ συντελῆσαι αὐτὸ, ἅτε πρέπον
τῇ δὶς νεωκόρῳ πόλει . ἀλλ' ὅτε ὁ δῆμος . . . . . .
. . . .
. . . .
. . . . τέχνην τὴν τῷ ἐργολάβῳ ἐᾶσθαι πόλιν

VARIÆ LECTIONES.

penitus ignoro, nisi conjeceris delitescere in 2. ss. ἀείμνηστος δὲ εὐεργεσία, et in 21. ss. πολίτων vel εἰς τοὺς πολίτας. Sensus vero se prodit, et Tiberium Trajanumque opes fractas Sardianorum restituisse. Hinc designatio honorifica, *maxime admirandus*, Trajani in l. 7. et commemoratio facta in l. 8. spectatissimæ ejus liberalitatis. Fit quoque mentio τῆς ἀπορίας diserta. Hæc forsan illustranda ex Dione, LXVIII. 24. et Vict. *Epit.* 13.—(8.) Si αὐτῆς (16 ss.), non αὐτοῦ, vera sit lectio, intelligendum est de Patricia in ll. 1. 3. cui una cum Trajano honores decrevisse videtur civitas.—(9.) 1ª forsan ἐποίησε.—(12.) 1ª in apogr. Θ.—(13.) 1 ss. apogr. ΟΔΙΖΕΝ . . . . . conjectatus sum τῇ δὶς νεωκόρῳ,

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Conferri possunt quæ habet Aurel. Victor in Epitom. XIII. p. 174. *Terræ motus gravis per provincias multas, atroxque pestilentia fumusque et incendia facta sunt. Quibus omnibus Trajanus per exquisita remedia plurimum opitulatus est : . . . . unde merito Pater patriæ dictus est.*

Vocem θαυμασιώτατος (quam in Epist. VIII. reddit Salvianus *admirandissimus :* sed latinitatem Massiliensem sapit inventum !) excitat Schleusnerus ex *Maccab.* IV. 7. 13.; Conf. *Auctar.* p. 167.

Habemus θαυμάσιον infr. in tit. Thyatiren. *h.* 2. θαυμασίην in Hom. *Hymn. ad Mercur.* 442. θαυμάσιοι τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, in Xenoph. *Exped. Cyri*, II. 3. 15. In Sacr. Scriptt. passim. (notante Schleusnero) occurrit θαυμάσια, seu τὰ θαυμάσια, *mirabilia :* ex. c. *Psalm.* LXXVII. 15. ; *S. Matth.* XXI. 14.

14. Ἐργολάβῳ, *redemptori.* Cp.

καίσαρι εὐμενεῖ τραϊανῷ ὅς τὰ περιπεσόντα
. ν τὸν ἐργολάβον· . . . .
ἔνδειαν τῶν νεωκόρων εὐμενῶς . . . .
. . γαζεῖον τὸ . . . ταῦτ' εἰσιέναι . . . .
. . . . . . τὸν λόφον· καὶ πάντα . . . . . .
. . . . ἀπὸ τῆς τῶν νεωκόρου μητροπόλεως
πολίτων εὐσεβείας εἰς τὸν θεόν . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
εἰς ὃν δὲ δῆμον καὶ παπίαν τοῦ προξένου . . . . . .

VARIÆ LECTIONES.

κ.τ.λ.—(15.) l ss. apogr. κε . . υμεη . αιαινωοπα, erroribus scatens.—(17.) Apogr. . . . λκιαν των . ε . . οκρων ειμενυ . . . Congruit ἔνδεια cum ἀπορίᾳ in l. 8.—(19.) l ss. anne . . . άμενος, participii clausula? Dein notabile τὸν λόφον, nam lapis unde hæc descripsi in acclivi jacebat, ædibus vicinus super colliculum exstructis. Situs fortasse τοῦ γαζείου ex hisce constat.—(21.) 6. ss. θεόν? Nervam Trajanum? Si rectius θεοὺς, intellige et Tiberium et Trajanum, morte jam functos et in deorum numerum receptos; ἀθανατισθέντας.—(22.) Inter 7m et 8m apogr. exh. Π. Erat in marmore sine dubio M. In loco 13 receptum A pro fragmento nominis Papiæ (ll. 1 3.) Erat filia τοῦ προξένου (ll. 3. 4.,) Patricii cujusdam, qui fortasse Imperatoris (Hadriani?) minister fuerat in ope civitati νεωκόρῳ affe-

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Plutarch. *Pericl.* XXXI. Φειδίας ὁ πλάστης ἐργολάβος μὲν ἦν τοῦ ἀγάλματος, ὥσπερ εἴρηται. Sic *redemptor* in Cicer. *Divinat.* II. 21.; Horat. *Od.* III. 1. 35.; *Epistol.* II. 2. 72. Occurrit ἐργολαβεία, ex. c., in Plutarch. *Cat. maj.* XIX. non vero idem sonat *redemptura*, quæ ἐξώνησις erat. Ceterum, loquendi formulam, quam induxi ex vestigiis in saxo, comprobaris ex *Œdip. ad Colon.* 367.

πρὶν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἦν ἔρως κρέοντί τε θρόνους ἐᾶσθαι.

19. Λόφον. *Editum locum in planitie:* ex. c. Herod. II. 124. Situs marmoris omnino convenit cum hac descriptione:

. . ς καὶ διὰ τὴν εἰς τοὺς νεωκόρου μητροπόλεως πολίτας . .
τήν τε μεγαλοδοσίαν διηνεκὲς καὶ ἀδιαλείπτως
εἰς πάντα χρόνον πάλιν τὸν γιγνόμενον
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . . θέντες παρὰ τῆς ἑαυτῶν ἀξιότητος

VARIÆ LECTIONES.

renda.—(23.) In 5° loco apogr. Λ, in 6°, Λ, utrumque credo mendosum. Per totum hoc spatium elementa erant omnino pene absumpta.—(24.) 5^m^ apogr. Λ. Hic posui μεγαλοδοσίαν, non habens melius. Magis arriserit θυμοδοσία, ut et infr. 27, sed exempla desidero. 7^m^ ss. distincte apogr. "Die Att. brauchten die Adv. Formen διηνεκῶς und διηνεκές." Passow, *Handwörterbuch*, I. 542. Subjeci ἀδιαλείπτως, ex levi sane vestigio, uno elemento.—(26.) Primum fortasse ἀνατιθέντες, nempe οἱ ἱερεῖς, vel, ut in 27 expressum habemus ... δοσία καὶ ἐξουσία ἡ ἱερέων, notissima circumlocutione. Consimilis est in 26. παρὰ τῆς ἑαυτῶν ἀξιότητος, quam conf. cum Eurip. *Hecub*. 293. Τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃς, τὸ σὸν Πείσει. Imitati sunt Phædr. II. 5. 23.; Horat. *Epist*. II. 1. 258. aliique. Ceterum constructio τοῦ παρὰ non absona est ab ea quam ex Herod. II. 129. illustrat Matthiæ, §. 588. necnon Passow, II. 457. sc. παρ' ἑωυτοῦ simpliciter.

Aspera sane tractatu cuncta! Sed summa rei huc redit, nos decreti insignioris populi Sardianorum reliquias habere, in quo memorantur et principum et subditorum erga cives laborantes benefacta. Monumentum porro eximium in honorem illorum extructum fuisse, in quod e suis sacerdotes pecunias erogabant, constat; Decretum ipsum *in ærarium intrasse*, h. e. in eo fuisse servatum.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

exinde colligo sedem fuisse Gerusiæ, quæ et γαζεῖον, id est, ταμιεῖον, *ærarium*, appellabatur. Hoc in commentar. supra dict. in Præfat. p. 10. attigi, quocum conf. Melam. I. 11. p. 20.

24. Διηνεκές. *Sine intermissu*, εἰς τὸ διηνεκές, διηνεκῶς. In sacr. habemus: ex. c. *Epist. ad Hebr*. VII. 3. μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. X. 1. θυσίαις ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκές. Hæc et Appiani locutio est. Διηνεκῶς obv. in apocryph. Maccab. III. 3. 16. διηνε-

μεγαλοδοσία καὶ ἐξουσία ἡ ἱερέων . . . . .

. . . . ἐν πόλει . . . . : . .

VARIÆ LECTIONES.

(27.) In 12° expressi formam literæ ut in marmore luculenter extabat. Non reperio in alphabetis, sed quiddam non absimile inter Assia habeo. In MSS. quoque conspexi, ex. gr. Alexandrino, et Cod. Bez., cujus specimen videre est in eruditiss. Hornii op. vol. II. p. 90. Pl. IV. Nec taceam celeberrimum Cod. rescript. a Joanne Barrett, τῷ μακαρίτῃ, exaratum, qui ex prelo academico nostro prodiit an. MDCCCI., typum hujusmodi ubique monstrantem: exx. Tab. I. ll. 9. 19.; V. 15. etc.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

κῶς ὁ βασιλεὺς χαρᾷ πεπληρωμένος. Add. Athen. VII. 81. ὠνομάσθησαν δὲ διὰ τὸ διηνεκῶς τὰς κόρας κινεῖν. Pari sensu διηνεκὴς φόβος obv. in Schol. ad locum lubricum in Lucian. *Judic. Vocal.* II. p. 62.

Nec *temporis* tantum, sed *spatii*, continuitatem designat: ex. c. Diodor. *Biblioth. Hist.* IV. 11. εἶχε γὰρ περὶ τὴν ῥίζαν διώρυγα διηνεκῆ, Angl. *a hollow through its entire extent*. Hinc nomen Τρητὸν mons sortitus.

IX. ΣΑ. b.

. . . .

. . . . ΝΕΑΥΤΩ. . . . .
ΝΑΕΤΕΡΟΝΚΗΔΕ. . . . .
ΕΝΑΥΤΩΕΙΔΕΤΙΣ. . . . .
ΤΑΥΤΑΠΟΙΗΣΕΙΕΣ. . . . .
ΑΥΤΩΠΡΟΣΤΟΝ. . . . .

. . . .

τὸ μνημεῖον ἑαυτῷ καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, εἰς δὲ μηδέ-
να ἕτερον, κήδευται, καὶ τίθησι τὴν σορὸν
ἐν αὐτῷ· εἰ δέ τις μετακινήσει ταύτην, ἤ τι παρὰ

VARIÆ LECTIONES.

(1.) Hæc ex marmore sepulcrali Turci cujusdam inter ruinas civitatis antiquæ descripta, ablato ipso ex sarcophago artis, ut se produnt vestigia, eximiæ. Nomina, quod doleo, omnino delevit barbaries. Ex formulis satis notis restitui.—(l. 2.) Hoc variatum, ut in Inscr. XVIII. infr. *ἑτέρῳ δὲ οὐδενὶ κ.τ.λ.* cp. XV. 4. s. Ex fracto integrum feci *κήδευται*, vocem in talibus solennem: ut in inscriptt. Aphrodis. ex. c. *κήδευται* (sepulcrum) *ζήνων ὁ προγεγραμμένος κ. τ. λ.* Sic et in justis faciendis: cp. Plut. *Fab.* 27. *φάβιον δὲ ῥωμαῖοι δημοσίᾳ μὲν οὐκ ἐκήδευσαν.* Supplevi *τίθησι* (melius fortasse *τίθεται*) ex Inscr. XV. 1. *σορὸν ἔθετο* etc.—(3.) Vocem *μετακινήσει* habui ex inscript. celeberrima in arce Atheniensi, quam et ipse retuli, et inveniet l. b. in libro jamdudum evulgato a viro doctrinæ insignioris, Rev[do] C. Wordsworth, A. M., cui titulus, "Athens and Attica," p. 145. Inter mea Aphrodisiensia, in tit. funebr. lego, *ἐὰν δέ τις ἐπιχειρήσῃ . . . . . ἢ μετα-*

ταῦτα ποιήσει, ἔστω ἡ τῆς τυμβωρυχίας γραφὴ
αὐτῷ πρὸς τὸν γεγραμμένον νόμον . . . .

VARIÆ LECTIONES.

κινῆσαι τὴν σορὸν, ἢ κ. τ. λ.—(4.) Supplevi quæ desunt ex inscript. Thyatir. *f.* viz. XV. 8. s. **γινόμενος ὑπεύθυνος ἔξωθεν τῷ τῆς τυμβωρυχίας νόμῳ**. Ceterum constructio **πρὸς τὸν νόμον**, i.e. *secundum*, Angl. *agreeably to the statute*, etc., conferri potest cum similibus, **πρὸς τὸ κήρυγμα, π. τὰ ῥήματα**. Vid. Herod. III. 153.

THYATIRA.

Turc. AK-HISSÁR.

"Thyatira alluitur Lyco, Pelopia aliquando, et Euhippa, cognominata." Plin. v. 31. 3. Ioniæ accenset Historicus; Lydiæ Stephanus, necnon Ptolemæus, v. 2. sic quoque in notitia episcopatuum. Semiramis, nomen recentius perhibetur: recentissimum (inter Græcos) Thyatira, quod in nummis titulisque obvium; deductumque memoratur ex nuntio Nicatori, dum in hac urbe versaretur, allato, filiam (θυγατέρα) ei ex regina natam fuisse.

Civitatem Mysiæ tribuere videtur Strabo, cujus verba sunt: **βαδίζουσιν ἐπὶ σάρδεις** (nempe a Pergamo) **πόλις ἐστὶν ἐν ἀριστερᾷ θυάτειρα, κατοικία μακεδόνων, ἣν μυσῶν ἐσχάτην τινές φασιν.** xiii. 4. p. 151. Tauchn.

Civitas Thyatirena, quamvis **λαμπροτάτη** et **νεωκόρος**, inter maxime illustres neutiquam recensenda est; id quod constat ex Plinianis v. 33. 4. nempe Thyatirenos cum ceteris ibi nominatis ditioni Pergamenæ convenisse. Pauciora sunt ideo quæ delibare possis ex auctoribus de gestis civium.

Narratur a Livio quod, sæviente bello Antiocheo, Eumenes Pergamenus adortus agrum Thyatirenum ingentem prædam intra paucos dies avertit: regem porro ibi castra habuisse dum Sardes repeteret post cladem Seleuco a Diophane illatam. xxxvii. 8. 21.

Ante prælium inauspicatum ad Magnesiam, castra regia erant circa Thyatira. *Ibid.* 37.

Victo rege et exercitu profligato, legati a Thyatiris et Magnesia ad Sipylum de urbibus dedendis cum consule agunt, et in fidem Romanorum accipiuntur. *Ibid.* 44.

Jure hereditario vindicat imperium Attalicum, Romanis renitentibus, Aristonicus. Inprimis urbem Thyatirenam Apollonidemque per fraudem occupat. Demum vero, victus a Perpenna, jussu senatus pœnas capite luit. Freinshem. *Supplem. Liv.* lix. 21. 70.

Imperatores Romanos, sicut ceteri, Thyatireni benivolos experti; Hadria-

num, cui fanum struebatur, testibus inscriptionibus nummisque: Caracallam quoque, quo regnante titulum νεωκόρον civitas adepta est.

Nec literarum erant obliti. Nicander Thyatirenus compluribus locis ab Athenæo memoratur, grammaticus et glossographus: ex. c. III. p. 76. a.; VII. 320. c.; XI. 461. f. Citantur ejusdem ἀττικὰ ὀνόματα in XV. 678. f.

In sacris codicibus memoratur, viz. in Actt. Apost. XVI. 14. ut locus natalis Lydiæ, purpurarum venditricis, quæ S. Paulo et comiti hospitium libens præbuit. Angelum quoque ecclesiæ Thyatirenæ alloquitur Spiritus Sanctus, ut notissimum, in Apocalypsi. cp. I. 11., II. 18.

* * * * * * * *

Thyatira adii V Kal. Octobris, et per triduum commoratus epigrammata quædam, præsertim in loco ubi nunc est cœmeterium Armenium, in schedas retuli. Lapides sepulcrales utplurimum ex spoliis templorum antiquorum gymnasiorumque conflantur: nec vidi alicubi præterea quævis artis vetustæ monumenta, nisi sarcophagum, cui operculum detractum fuerat, in superiore ambitu urbis, et sculpta quædam ἀρχιτεκτονικὰ quæ per vias publicas hinc inde sparsa melioris ævi memoriam revocabant.

Ecclesia manet adhuc, eaque intra fines jurisdictionis Ephesinæ. Manet templum Christianum, at humiliori pro fortuna loco positum, despiciuntque in crucem barbarorum superstitio furorque. Insunt sacerdotes, nec penitus exolevit doctrina in scholis quas benigne acceptus visebam. Non desunt adeo inter tristia spectacula mortis spes liberationis a morbo. Faxit Deus qui Ecclesiæ Apostolicæ *novit opera et caritatem et subministrationem et fidem et tolerantiam!*

* * * * * * * *

Sequitur recensio titulorum Thyatirenorum, qui utplurimum sepulcrales, et in ambitu sepulcrali, sc. Armeniaco, orientem versus posito, descripti sunt.

a. Fragmentum tituli honorifici, crediderim Catilii Severi, viri consularis temp. Hadriani Imp. Descripsi ex lapide in ædibus S. Basilii, quæ nunc Mohammedanæ. Erat pæne totus gypso coopertus, ita ut septem tantum literas exarare potui.

b. Hic Thyatirenus, at non in Thyatiris descriptus. Inveni apud vicum Yaïakuî, inter Pergamum et Magnesiam, in atrio ædium præfecti Turcici (Kara-Osman-Oglû), ubi lapis, aliquando altaris, nunc mortarii vice functus, jacet.

c. Hæc in cœmeterio Armeniaco descripta sunt. Erat titulus in basi statuæ,

quæ posita fuerat a civitate in honorem Apollonii (Justi ?) victoris in cursu, coronam adepti etc.

d. Alter titulus honorificus, in laudem Menandri cujusdam qui in luctatorum certamine eximie se gesserat. Decus collatum erat a juvenibus primorum gymnasiorum Heracleorum.

e. Fragmentum inscriptionis, quod cum duabus quæ præeunt in cœmeterio antedicto inveni. Difficillimum est sensum expedire; crediderim vero aræ insculptam extitisse, et ab Aurelia Matria, in recordationem litis quæ ei cum (Julio ?) Attico intercesserat ad finem perductæ, positam.

f. Inscriptio bellissima, ex sarcophago in superiore oppido desumpta. Jacet in horto præfecti, a quo occasionem describendi nactus sum. Erat ἡ σορὸς insignis cujusdam viri, Fabii Zosimi.

g. Titulus sepulcralis, trifariam partitus. Descripsi ex sepulcro Armenio, valde trito fractoque. Erant porro quædam ad morem Armeniacum in facie lapidis (qui antea pars τῆς σοροῦ fuerat) sculpta, quæ exarandi laborem magnopere augebant. Ponentium nomina desunt: subjiciuntur vero ad finem, h. e. in ordine tertio, quædam vel affinium vel amicorum, quibus fortasse jus sepeliendi in sarcophago fuerat concessum. Hi ex familia Anneorum, vel Anniorum, fuisse videntur, et in monumentum quid ex propriis impendisse.

h. Titulus sepulcralis. Erat ἡ σορὸς Aureliæ Tychæ, filiæ (Menecratis ?) in suum virique Aurelii (Rufi ?) usum extructa; ex illis quoque natorum, nuruumque, etc. Olnetizi hic memorantur, proculdubio familia Thyatirena: diesque appositus civitatem Macedonicam indicat.

i. Sepulcralis quoque, et cum ceteris præeuntibus ex cœmeterio descriptus. Nomina huic absunt, quippe fragmento: crediderim coætaneum fuisse cum Trajano, at certis minime rationibus nisus, nam maximam injuriam a lapicidis passæ fuerant literæ.

X. Θ. a.

S.P.Q.THYATIRENORVM
LVCIOKATILIOSEVERO
PROCOSSTATV.P.P.P.C.

XI. Θ. b.

ΤΥΧΗΙ ——— ΑΓΑΘΗΙ
ΗΚΡΑΤΙΣΤΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΙΑ
ΣΗΜΟΤΑΤΟΣΔΗΜΟΣΓΛΥΚΙΝ
ΝΑΝΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΜΗΤΕΡΑ
ΑΙΛΙΑΝΟΥΗΡΩΟΣΔΙΑΤΑΣΤΟΥ
ΑΝΔΡΟΣΑΥΤΗΣΠΟΠΛΙΟΥΑΙΛΙΟΥ
ΑΙΛΙΑΝΟΥΕΙΣΤΗΝΠΑΤΡΙΔΑ
....ΥΦΙΛΟΤΕΙΜ.ΑΣ.........

τύχῃ ἀγαθῇ
ἡ κρατίστη βουλὴ καὶ ὁ δια-

VARIÆ LECTIONES.

(1.) Restituere ausus sum ex formulis inscriptt. Rom. notis. Compositam fuisse in honorem Proconsulis qui in titulo xv. 11. memoratur judicaverim:

σημότατος δῆμος γλυκιν-
νὰν ἀπολλωνίου, μητέρα
αἰλιανοῦ ἥρωος, διὰ τὰς τοῦ
ἀνδρὸς αὐτῆς ποπλίου αἰλίου
αἰλιανοῦ εἰς τὴν πατρίδα
αὐτοῦ φιλοτιμίας ἐτίμησαν.

VARIÆ LECTIONES.

at jejunior sane materies literæ duæ nominis! De scriptione notandum, dici Katilium, ut sæpe Kalendæ, Kaput, Kareo, Karissimus, et similia. In nominibus propriis fit ubique permutatio, etiam in scriptoribus notæ melioris: ex. c. Cic. *Epist. ad Attic.* XIII. 31. *Facilius etiam si Kanum haberes, etc.* In communibus multo magis patet insculpentium licentia, præsertim Græco-Romanorum. Sic inter monumenta prope Alexandriam Troadis reperta vidi PRAEFECTΩ. AYG. AYR.—(5.) 6^m apogr. Υ, vitiose.—(6.) In 20mo vestigia τοῦ N apographo insunt: dedi ideo γλυκιννάν. Sed conf. IV. 6.—(7.) In fine vestigia litt. se produnt: credo AIΛIOY. Sic expedienda oratio: *Glykinnam* (filiam) *Apollonii, matrem Ælii Æliani etc.* Non adeo probandum ΓΥΝΑΙΚΑ.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

5. Ἥρωος. *Viri illustris : fortis*, Cic. *ad Attic.* IV. 3.; conf. I. 17.; XIV. 6. 11. Græci recentiores usurpabant in eodem sensu cum *divo:* necnon ut μακαρίτης (Æschyl. *Pers.* 639. ubi vide Blomfield. in Glossar. Aristoph. *Plut.* 555.) *felix*, i. e. *beato defunctus fato.* Verba Passovii (*Enchirid. Græc.* I. 1033.) sunt, *der Seelige, der Verstorbne :* Alciphr. III. 37. Jac. AP. p. 341. Angl. *the deceased worthy.*

8. Φιλοτιμίας. Innuitur mariti liberalitas, Sic. in Suid. et Gloss. Brem. Φιλοτίμως, μεγαλοδώρως, et in Hesych. πλουσίως, δαψιλῶς. Illustrat Demosth. *Orat. de Coron.* 312. 21. ss. ἐμοὶ μὲν τοίνυν ὑπῆρξεν . . . χορηγεῖν, τριεραρχεῖν, εἰσφέρειν, μηδεμιᾶς φιλοτιμίας μήτε ἰδίας μήτε δημοσίας ἀπολείπεσθαι.

XII. Θ. c.

.........ΤΗΠ....
.......ΗΝΩΝΕ......
.....ΑΠ........Ν.ΟΥΣ...
.ΟΥΑΝΔΡΙΑΝΤΟΣΑΝ......
.ΩΑΣΕΙ.ΛΑΜΠΑΔΑΡΧΗ.
ΕΝΤΑΤ.ΝΜΕΓΑΛΩΝΔ.
ΓΟΥΣΤΕΙΟΝΙΣΟΠΥΘΙΟΝ
ΚΑΙΠΡΩΤΕΥΣΑΝΤΑ

XIII. Θ. d.

ΤΥΧΗΙ ΑΓΑΘΗΙ
ΟΙΠΕΡΙΤΟΝΗΡΑΚΛΕ
ΑΤΩΝΠΡΩΤΩΝ.ΥΜΝ.
ΣΙΩΝΝΕΑΝΙΣΚΟΙΚΑΙ
ΚΑΤΑΤΟΑΡΧΑΙΟΝΤΟΥ
ΤΡΙΤΟΥΜΕΝΑΝΔΡΟΝ
ΠΑΥΛΛΟΥΕΝΔΟΞΩΣ
ΠΑΛΑΙΣΑΝΤΑ
ΕΤΙΜΗΣΑΝ

c. *ἡ λαμπροτάτη πόλις τῶν*
θυατειρηνῶν ἐτίμησε
. . . . *ἀπολλώνιον ἰοῦστον*
τῇ τοῦ ἀνδριάντος ἀναστάσει

VARIÆ LECTIONES.

(1.) Notes vestigia formulæ usitatæ ut passim obv. in titulis Thyatirenis. Cp. II. 4. supr. In 2, apogr. E, minus recte.—(2.) 5 ss. *ἐτίμησε*, ut in proxima, l. 9.—(3.) Levia sane vestigia prænominis in apogr. extant, lineola una. Fortasse erat TITON. Sæpius obv. *ἰοῦστος*, ut in sacr. Actt. I. 23.; XVIII. 7.; Coloss. IV. 11.—(4.) Fidens dedi *ἀναστάσει*. cp. Inscr. III. 9., IV. 5.—(5.) 1ma erat liquido Ω, aliter pro clausula vocis præeuntis acceperim. Posui *τῷ ἀσείῳ*, hæsitans paululum, quum sermo sit de urbe cujus descriptionem desideramus. Quid fuit *ἀσεῖον*? Ædes publicæ, ut gymnasium, vel locus ubi conventus cele-

. . . ἐν τῷ ἀσείῳ λαμπαδαρχήσαντα καὶ
στεφανωθέντα· τῶν μεγάλων δε

VARIÆ LECTIONES.

brati? In eo fortasse simulacrum fuerat positum, et sic ordinaveris sententiam, *τῇ τοῦ ἀνδριάντος ἀναστάσει ἐν τῷ ἀσείῳ*. Hæc in nott. fusius tractavi. Se-

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

5. c. Ἀσείῳ. Vacillabam inter hoc, quod dedi, et **ἀστείῳ**, vel etiam **ἄστει**. Præferendum vero **ἀσεῖον**, illustre quoddam, vel ædes, vel locus, ut **ἀμβαθεῖον**, in Thyatiris. Cp. xv. 2. Erat fortasse collegii cujusdam sacerdotum ex quibus eligebantur quotannis Asiarchæ: immo *templum*, ut **μουσεῖον**, **ἐρεχθεῖον**, etc.

Desidero exempla **ἀστείου**. Habemus **προάστεια** in Herodian. I. 11. fin. et in singulari, in cap. 12., et Herodot. I. 78.

Sed quinam sensus tribuendus? Arx? Ædes publicæ, ut **ἀρχεῖον**, **ταμιεῖον**, xv. 7. 10.? Anne, ut **πρυτανεῖον** Athenis, reliquisque liberis civitatibus (Herodot. I. 146., III. 57.), sic apud Thyatirenses suas ædes, **ἀστεῖον**, extitisse dicemus?

At insequitur **λαμπαδαρχήσαντα**. Decurrebat fortasse oratio, ut sit, **ἐν τῷ ἀστείῳ λαμπαδαρχήσαντα**, prorsus ut in Academia Atheniensi: cp. Potter. *Antiqq. Græc.* II. 20. Proinde conjectaverim fuisse **ἀσεῖον** (vel **ἀστεῖον**) ex gymnasiis unum, quorum plura innuuntur in epigr. prox.

Cursu cum facibus nihil notius. Qui in Academia fiebat memoratur a Pausania, I. 30. 2., quocum conf. Plat. *de Republ.* I. p. 328. a. (ubi spectantur **παναθήναια μικρά**, ut liquet ex Scholiaste), et Lycophr. 734.

πλωτῆρσι λαμπαδοῦχον ἐντυνεῖ δρόμον.

Erant quoque **λαμπαδηφορίαι** in festis Dianæ, Promethei, Vulcani, Panis. Böckh, *Staatshaush.* I. 496.

Morem notes translatum ad Græcos Asiaticos, sed cum adulatione dominorum, uti ex seqq. patet.

6. c. Μεγάλων. Sic apud Athenienses erant sua Festa majora et minora; ex. c. Panathenæa, Dionysia. Atqui, quæ in lapide memorantur, quis statuerit? Probabiliter satis ex seqq., Augustalia; nam proculdubio restituendum est **αὐγουστεῖον** in v. 7., quod in marmore Pisano, initio decreti de inferiis Lucii, *scripto tenus* se prodit, viz. PISIS. IN. FORO. IN. AVGVSTEO. SCRIBENDO. ADFVERE. Sic in Philone, **σεβαστεῖον**, apud Alexan-

. . . . . . αὐγουστεῖον ἰσοπύθιον

. . . . . . καὶ πρωτεύσαντα.

VARIÆ LECTIONES.

quentia injuriam gravissimam ex barbaris passa sunt. Voces dimidiatæ, oratio concisa.—(6.) στεφανωθέντα sequebantur forsan τῶν μεγάλων δὲ αὐγουστείων

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

drinos, et in Inscript. Gruteriana p. 227. n. 3. Cæsareum, h. e. Templum, in cultum Imperatoris dicatum.

Sed de Templo sermonem esse vix credo. Impedit constructio probabilis. Quærendum igitur annon potius Augustalium, sive ludorum sive officiorum, habenda sit ratio.

In primis, in lapide exeso conjicere possis αὐγουστείων ἰσοπυθίων. Nec deest historica fides: Ludorum enim Augustalium meminit Dio, LVI. 29.46. quos Tribuni celebrabant, (sed τὰ γενέσια Consules), ἐξ ἴσου τοῖς ἀρηείοις, quæ ex præeuntibus explicantur: dum enim templum (ἡρῷον) ædificaretur a Senatu, Livia et Tiberio auctoribus, signum Octaviani in Areio (templo Martis) positum, parique honore exceptum fuerat. Ne plura, conf. Tacit. *Annal.* I. 73.; IV. 37. 55. Sueton. *August.* 52.

Ex hisce vestigiis bene explicatur ἰσοπυθίων, nempe, *pari honore, paribus cærimoniis, cum Pythiis;* et hoc, sive intelligas cultum, sive certamina, ut in loc. Dion. supr. cit.

Redeamus vero ad lectionem αὐγουστεῖον ἰσοπύθιον, quam veram arbitror.

Erat, ni fallor, Apollonius ex ordine Augustalium qui in coloniis jurisdictione in sacris utebantur, et passim in Inscriptt. cum Decurionibus memorantur. Collegiis eorum præerant Seviri vel Magistri Augustales. Vid. Smet. Inscript. p. 74. n. 4. in Pitisc. *Lexic.* I. p. 212. Hoc, crediderim, secundum normam Romanorum, de quorum Augustalibus diserta sunt Taciti in *Annal.* II. 83., necnon I. 54., adjectos sodalitio Germanicum, Claudium, etc. memorantis.

Sed Isopythius quoque. Notissimi sunt, vel ex Herodoto, VI., οἱ πύθιοι ... θεοπρόποι ἐς δελφοὺς, σιτεόμενοι μετὰ τῶν βασιλήων τὰ δημόσια, ad quorum officium censendus est Tullius spectare in *Libr. de Divinat.* I. 43. Atqui de Gymnasio cogitandum, dixerit aliquis? Nil impedit. Constat etenim ex Inscript. XIII. plura fuisse Heraclea: quid-

d. τύχῃ ἀγαθῇ
οἱ περὶ τὸν ἡρακλέ-
α τῶν πρώτων γυμνα-
σίων νεανίσκοι, καὶ
κατὰ τὸ ἀρχαῖον τοῦ
τρίτου, μένανδρον

VARIÆ LECTIONES.

ἰσοπύθιον, vel ἰσοπυθίων. Sed apogr. exh. O et in sede 8ª, et 17ª. Fortasse Isopythius erat inter rei gymnicæ studiosos gradus quidam dignitatis.—(7.d.) In

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

ni et Pythium? Utrique constare poterat suus honos ludos inaugurandi, huic Pythia, illi Olympia vel Heraclea.

Veterim ideo ἰσοπύθιον, *ex sodalitio* (vel *collegio*) *Pythiorum unum*.

3. d. **Γυμνασίων.** Hæc apud Græcos Romanosque erant fere innumera: ex. c. Gymnas. in Academia, in quo cursus cum facibus per Vulcanalia fiebat: Cicer. *Epist. ad Div.* IV. 12. fin. Ptolemæum, *Lib. de Finibus*. V. 1.; Pausan. I. 17. 2. Sic et Cynosarges et Lyceum. In Lacedæmone, ubi nudi exercebantur pueri, Thucyd. V. 82. In Laodicea, Cic. *Philipp.* IX. 2. Apud Leontinos, *Act. in Verr.* II. 2. 66.

De Gymnas. Roman. cp. Tacit. XIV. 20. 47. Apud Judæos, Josephi *Antiqq.* XII. 3.

Græcorum studia circa hæc declarantur in Cic. *Lib. de Orat.* II. 5. Euseb. *Præparat. Evangel.* VI. p. 278. B.

5. d. **Κατὰ τὸ ἀρχαῖον.** Interpretor, *secundum veterem consuetudinem tertii*, nempe, Gymnasii: **κ. τ. α. ἔθος.**

Sic in *Ion.* 1321. **τρίποδος ἀρχαῖον νόμον.** *Dictye*, Fragm. v. 2.

σέβειν δὲ τοὺς κρατοῦντας ἀρχαῖος νόμος.

Occurrit locut. **κατὰ τὸ ἀρχαῖον**, in vers. Symmach. *Sam.* I. 9. 9. viz. Hebr. לְפָנִים, quod LXX. **ἔμπροσθεν.** Plene Lysias in *Orat. contr. Andocid.* XI. **κατὰ τὸ νόμιμον τὸ παλαιὸν καὶ ἀρχαῖον**, ubi recte inter voces distinguit Reiskius contra Taylorum disputans. Consentit et Demosth. *Contr. Androt.* 597. 17.

Sic Fidem Christianam appellat Eusebius (Hist. I. 4. B.) **παλαιοτάτην τε καὶ ἀρχαιοτάτην θεοσεβείας εὕρεσιν**, ubi conf. Suicer. I. p. 523.

παύλλου ἐνδόξως
παλαίσαντα
ἐτίμησαν.

VARIÆ LECTIONES.

init. Paullum habemus, patrem τοῦ ἀθλοφόρου. Eadem norma quid vetat conjicere in XII. 3. ἀπολλώνιον ἰούστου?

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

7. d. Ἐνδόξως παλαίσαντα, *Egregie luctatum*: ut κρατέοντα πάλᾳ in Pind. *Olymp*. VIII. 26.

XIV. Θ. e.

ΑΥΡΜΑΤΡΙΑΚΑΤΕϹΚΕΥΑϹΕΤΟΘΥΟΘΕ......
ΕΑΥΤΗΚΑΙ.ΟΥ..ΩΑΤΤΙΚ.ΚΑ......
.. ΝΕΙΚΗΚΑΙ......ΚΑΤΕΒΑΛΗΟΥΔΕΝΙΔΕΕΤΕΡΩ
ΕΦΕ.Ρ.Τ........ ΟΜΑ.........
ΠΕΝΒΑΛ.ΕΙΝΕΙΔΕΜΗΔΩϹΕΙΤΗΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ
ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝΠΟΛΕΙ................

αὐρηλία ματρία κατεσκεύασε τὸ θυοθεμάτιον
ἑαυτῇ καὶ ἰουλίῳ ἀττικῷ, καταθεμένη

VARIÆ LECTIONES.

(1.) En titulum enodatu difficillimum! adeo exesus erat lapis ductusque literarum evanidi. Inprimis quid statuendum est de *θυοθε*...? Extat in apogr.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. **Θυοθεμάτιον.** Vocem non antea, quatenus scio, tentatam, explicui in VV. LL. Locus Codini a Suicero excitatus obvius in §. 34 cernitur, (p. 55, Edit. Meurs.) viz. *τὸν ξηρόλοφον πρώην τινὲς θέμα ἐκάλουν· ἐν αὐτῷ γὰρ ..... θεμάτιον τρίπουν κ. τ. λ.*

In prima parte compositi extat *θύος*, quod fortasse illustraveris ex Propert. III. 10. 19. *Inde coronatas ubi ture piaveris aras*, collato Horat. *Od.* III. 23. 3.

Sed qualis ara? Anne jurandi causa, sicut mos erat Græcorum, docente Tullio in *Orat. pro Balbo*, v., unde dictum illud Pericleum in Gell. *Noct. Att.* I. 3.? Comp. *Æn.* IV. 219.; Sil. III. 82.; Juven. XIII. 89.; XIV. 219.; et Propert. emendatum in III. 20. 25. *qui tactas in fœdera ruperit aras.*

Anne simultatis, quæ Aureliæ cum Attico intercesserat, depositæ indicium? Cogitaverim ideo de Ara Amicitiæ, inter Romanos notissima, qualis erat et

τὰ νείκη· καὶ ἡ ζημία κατεβάλη· οὐδενὶ δὲ ἑτέρῳ
ἐφευρετῇ ἄλλοις ὀνόμασι ἐξέσται

VARIÆ LECTIONES.

ad situm confecto, ΘΥΟΘΕΤΑΤΗΝ, id est, credo, *θυόθεμα, τὴν ἑαυτῇ κ. ἰ. ἀ. καταθεμένη ἔχθραν*, etc. vel etiam *θυοθεμάτιον*. Hæc (sc. *θέματα* vel *θεμάτια*) consecrata in templis ararum vicem tenebant ut notat Suicerus in *Thesaur. Eccles.* I. p. 1352. ex verbis Codini in *Origg. Constantinopol.* sc. *θεμάτιον τρίπουν, ἔνθα ἐθυσίαζε πολλὰς θυσίας Σεβῆρος*. Hinc in proclivi est efficere compositum quod propius ad literarum ductus accedit quam quæ primo in mentem venerunt, *θυοδόκον* vel *θυοθήκην*. Dein in 2, 9. ss. apogr. exh. ΤΟΥΩ, litt. fere absumptis. —(4.) In loco 1mo et ss. apogr. habet ΕΦΕΡΥΤΑΙΑ. Vocem *ἐφευρετὴν* delites-

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Clementiæ, Misericordiæ (*ἐλέους*), etc. Cp. Tacit. *Annal.* IV. 74.; Stat. *Theb.* XII. 482.; Claudian. XV. 404. s.; Pausan I. 17. 1.

3. *Κατεβάλη*. Inprimis, cum re sacrificali optime convenit locutio, ut patet ex nota phrasi *καταβάλλειν τὸ ἱερεῖον*, *mactare hostiam:* et gloss. Hesychian. *καταβολή, θυσία, τελετή*. Hinc *κατάβολοι*, *victimarii*, in Suicer. *Th. Eccles.* II. 47.

Expendas vero seqq. *Καταβάλλειν*, *numerare pecuniam debitam*, *ἀργύριον, ζημίαν*, ex Demosth. *contr. Timocr.* 712, 29.; 727, 5. Dein, deponere aut deponenda curare in tabulario publico seu testimonia seu leges seu alius generis monumenta literis consignata; ex. c. *μαρτυρίαν*, ibid. *adv. Phormion.* 921. 4. Cum priore consentiunt; Andocides, *de Myster.* XLV. 1. 2. 6. sc. pecuniam e pacto sponsam numerare, viz. *ὠνήν, ἐπικαρπίας, τέλος*. Thucyd. I. 27. *ἀργύριον καταβάλλοντες*, quod et superius dictum, *καταθέντα*, de colono. Lucian. *Vit. Auct.* init. *τἀργύριον καταβαλέσθαι*. *Dial. Mort.* IV. 1. *πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον*.

Confirmat non leviter sensum quem in exeges. posui, *mulctæ*, Andocid. ubi supr. XXXV. 11. *ἐπιβολὰς ὀφλεῖν*, *pecunias ærario debere*.

Ex hisce probabiliter collegeris jus sepulcrale Matriæ violatum fuisse ab Attico: hinc litem ortam, mulctamque secundum legem *τυμβωρυχίας* (vid. XV. 9.) ei qui lite ceciderat fuisse irrogatam.

Quæ hæc excipiunt opinor adjuncta ad jus amplius obfirmandum: *nec cuivis alii repertori licitum erit quibusvis nominibus sepelire:* conf. XV. 4. 5. *Ἐφευρετὴς* hic vocatur *ὁ τυμβωρύχος*. Convenit Latinum *repertor*, ut in Sal-

ἐπεμβάλλειν· εἰ δὲ μὴ δώσει τῇ λαμπροτάτῃ
θυατειρηνῶν πόλει . . . .

VARIÆ LECTIONES.

cere inter rudera existimo, cujus sensus a Schleusnero et Wetstenio ad Rom. I. 30. optime enucleatur. Dein sequuntur vestigia quinque litt. tantum non deletarum: exinde OMA, cui quædam subjiciuntur vix intelligenda. Restitui ὀνόμασι, ut vocem suam *nominibus* usurpabant Romani. Anglice, *on other grounds, or pretences.*—(5.) Voces ἐπεμβάλλω, καταβάλλω, secundum usum forensem explicui in notis, nam de lite quadam quæ Aureliæ cum Attico intercesserat interpretor. Dein sequuntur in apographo εἰ δὲ μὴ ῇ, quorum ultimum temere illatum judico. Hæc excipiunt ΔΕΕΠΙ, unde erui δώσει, ut in XV. 6.; XVI. 8. infr. Sed quis erat daturus? Intelligo Atticum, idque sive mulctæ sive satisdationis causa.

Deerat reliqua pars θεματίου quæ summam in ærarium inferendam definiverat: sed conf. infr. XV. 7.

* Monitum volo lectorem me bifariam divisisse versus hujusce inscriptionis, idque propter incidendi rationes. Curam vero habui ut elementa invicem accurate respondeant in ordinibus tam imparibus, 1, 3, 5, quam paribus 2, 4, 6.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

lust. *Fragm.* IV. p. 408.; Tacit. *Annal.* IV. 11. 71.; et *inventor* in *Æn.* II. 164.; nempe *flagitii, sceleris, etc.* immo, κακίας εὑρετὴς in *Maccab.* II. 7. 31.

Vox nostra est ἐκ τῶν ἅπαξ λεγομένων in Nov. Test. Vid. *Epist. ad Rom.* I. 30. et Wetsten. II. p. 29.

5. Ἐπεμβάλλειν. Sensus manifestus est ex pluribus titulis: ex. c. infr. XVII. 8. ἐπεμβάλῃ, *sepelierit.* Pari formula sepulcrali *injicere* inter Romanos solenne; ut in *Æn.* VI. 366. *Imponere* quoque, ut in *Tuscul.* I. 35. *Metellum enim multi filii, filiæ, nepotes, neptes, in rogum imposuerunt.* Propius accedit Ovidius in *Heroidd.* XI. 123. *Et refer ad matrem, socioque impone sepulcro.* Sed usitatius erat *condere:* cp. *Æn.* VI. 152.; Ovid. *Metam.* VII. 618.

XV. Θ. f.

ΦΑΒΙΟΣΖΩΣΙΜΟΣΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΑΣΣΟΡΟΝΕΘΕΤΟΕΠΙΤΟΠΟΥΚΑΘΑΡΟΥ
ΟΝΤΟΣΠΡΟΤΗΣΠΟΛΕΩΣΠΡΟΣΤΟΙΣΑΜΒΑΘΕΙΩΙΕΝΤΩΙΧΑΛΔΑΡΟΥΠΕΡΙ
ΒΟΛΩΙΠΑΡΑΤΗΝΔΗΜΟΣΙΑΝΟΔΟΝΕΑΥΤΩΙΕΦΩΙΤΕΘΗΚΑΙΤΗΙΓΛΥΚΥΤΑ
ΤΗΙΑΥΤΟΥΓΥΝΑΙΚΙΑΥΡΗΛΙΑΙΠΟΝΤΙΑΝΗΙΜΗΔΕΝΟΣΕΧΟΝΤΟΣΕΤΕΡΟΥ
ΕΞΟΥΣΙΑΝΘΕΙΝΑΙΤΙΝΑΕΙΣΤΗΝΣΟΡΟΝΤΑΥΤΗΝ·ΟΣΔΑΝΤΟΛΜΗΣΗΗ
ΠΟΙΗΣΗΠΑΡΑΤΑΥΤΑΔΩΣΕΙΕΙΣΜΕΝΤΗΝΠΟΛΙΝΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝΑΡ
ΓΥΡΙΟΥΔΗΝΑΡΙΑΧΕΙΛΙΑΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑΕΙΣΔΕΤΟΙΕΡΩΤΑΤΟΝΤΑΜΕΙΟΝ
ΔΗΝΑΡΙΑΔΙΣΧΕΙΛΙΑΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑΓΕΙΝΟΜΕΝΟΣΥΠΕΥΘΕΥΝΟΣΕΞΩΘΕΝΤΩΙ
ΤΗΣΤΥΜΒΩΡΥΧΙΑΣΝΟΜΩΙ·ΤΑΥΤΗΣΤΗΣΕΠΙΓΡΑΦΗΣΕΓΡΑΦΗΑΠΛΑΔΥΩ
ΩΝΤΟΕΤΕΡΟΝΕΤΕΘΗΕΙΣΤΟΑΡΧΕΙΟΝ·ΕΓΕΝΕΤΟΕΝΤΗΙΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΙ
ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝΠΟΛΕΙΑΝΘΥΠΑΤΩΙΚΑΤΙΛΛΙΩΙΣΕΒΗΡΩΙΜΗΝΟΣΑΥΔΝΑΙ
ΟΥΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΗΙ·ΥΠΟΜΗΝΟΦΙΛΟΝΙΟΥΛΙΑΝΟΝΔΗΜΟΣΙΟΝ

φάβιος ζώσιμος κατασκευάσας σορὸν ἔθετο ἐπὶ τόπου καθαροῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως πρὸς τοῖς ἀμβαθείῳ ἐν τῷ χαλδάρου περι-

VARIÆ LECTIONES.

(2.) Incertus sum de 23mo an sit Ω vel O. Lapidis incisura erat hac parte obscurior. Sed prætulerim singularem *τῷ σαμβαθείῳ*, nam cum plurali decur-

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

2. **'Αμβαθείῳ.** In VV. LL. **πρὸς τῷ σαμβαθείῳ**, quod sermonis rationi magis consentaneum videtur. Erat nomen seu loci seu ædium in antiqua urbe notabilium. In mentem venerat **ἀμβατείῳ**, nempe ab **ἀμβατὸς**, form. Ionic. pro **ἀναβατός**, *Iliad.* ζ', 434. Proculdubio situs sarcophagi *extra urbem* est, et *in loco excelso*. Præfectum Turcicum (*Agham*) adii, visendique venia impetrata monumentum bellissimum in fundo imperatorio collocatum conspexi. Restat etiamnum via, sed **δημοσίαν** vix appellaveris. Operculum capulo de-

βόλῳ, παρὰ τὴν δημοσίαν ὁδὸν, ἑαυτῷ ἐφ' ᾧ τέθῃ, καὶ τῇ γλυκυτάτῃ αὐτοῦ γυναικὶ αὐρηλίᾳ ποντιανῇ, μηδενὸς ἔχοντος ἑτέρου ἐξουσίαν θεῖναί τινα εἰς τὴν σορὸν ταύτην· ὃς δ' ἂν τολμήσῃ, ἢ ποιήσῃ παρὰ ταῦτα, δώσει εἰς μὲν τὴν πόλιν θυατειρηνῶν ἀργυρίου δηνάρια χίλια πεντακόσια, εἰς δὲ τὸ ἱερώτατον ταμεῖον

VARIÆ LECTIONES.

reret oratio πρὸς τοῖς ἐν τῷ ἀμβαθείῳ. Quis vero in talibus grammaticam absolutam expectat? Subobscura quoque sunt 40. ss. Erat fortasse ΚΑΛΔΑΡΙΟΥ, vox Latina.—(3.) Post 38^m omissum videmus iota postscriptum. Hoc peccatum solenne est in verbis: cp. 5, 47. sq. quod in bellissima inscriptione

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

tractum: nihil intus nisi pulvis et cæmenta.

Ibid. Χαλδάρου. Conjeci Καλδαρίου in VV. LL. ex Plin. *Epist.* v. 6. 26. Inprimis Seneca in *Epist.* LXXXVI. 9. *Quantæ nunc aliqui rusticitatis damnant Scipionem, quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserat.* Locum fuisse balnearem existimaverim.

3. Δημοσίαν ὁδόν. Communis Romanorum sepultura in viis publicis erat, ut ex epitaphiis apparet, quæ semper viatores alloquuntur. Rosin. *Antiqq.* v. 39. fin. Excitat Vir doct. in Paralip. ss. Senec. *Epist.* XCI. 16.; Juven. *Sat.* I. 171.; v. 55.; Adde et VIII. 146.; Martial. VI. 28. 5.; et cp. Kirchman. de Funer. Roman. II. 22.

7. Ταμεῖον. *Ærarium.* Scribitur et ταμιεῖον. Cp. Thucyd. VII. 24. ὥστε γὰρ ταμιείῳ χρωμένων τῶν ἀθηναίων τοῖς τείχεσι, πολλὰ μὲν ἐμπόρων χρήματα καὶ σῖτος ἐνῆν. Appian. *Bell. Civil.* I. 102. ἄρτι δ' ἀποροῦντος τοῦ ταμιείου διὰ τὰς στάσεις κ. τ. λ.

Quare vero ἱερώτατον? Fortasse ob templi in quo constitutum erat relligionem, sicut Saturni Romæ, Parthenonis apud Athenienses, Apollinei in Delo, ubi ærarium erat tributi quod Hellenotamiæ colligebant. Vid. Thucyd. I. 96.; Diodor. XI. 47. Hoc expilasse erat Pericli magno piaculo. Sic quoque Romæ *sanctum* vel *sanctius ærarium,* quod effregit Cæsar, exsecrationes publicas, quibus muniebatur, nil curans: conf. Flor. IV. 2. 21. Audi vero reum seipsum excusantem in *Bell. Civil.* I. 14.

Erat quoque Arca Pontificum (et illa *Ærarium* dicta), in quam infereba-

δηνάρια δισχίλια πεντακόσια, γιγνόμενος ὑπεύθευνος ἔξωθεν τῷ τῆς τυμβωρυχίας νόμῳ. ταύτης τῆς ἐπιγραφῆς ἐγράφη ἁπλᾶ δύω,

VARLÆ LECTIONES.

mireris.—(12.) In 32mo præst. apogr. Δ. Sed non extabat credo nom. Judianus. In 37mo invenio Υ, quod si verum sit, memoratur Menophilus Juliani filius.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

tur mulcta iis irrogata qui sepulcrorum relligionem quocunque modo violaverant.

Conjectare licet simile quoddam in Thyatiris extitisse, et fuisse in eo Quæstores rerum sacrarum, sicut Athenis **ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων** in Andocid. *De Myster.* LXV. 5. Ædes porro ipsas **κατ' ἐξοχὴν** appellatas **τὸ ἱερώτατον ταμεῖον** fuisse.

8. **Ὑπεύθευνος.** *Obnoxius:* Angl. *liable to the penalties provided by the Statute, etc.* Sic Lycurg. *Orat. contr. Leocrat.* XXXVII. **καὶ τῷ προδότῃ τῆς πατρίδος χάριν θέμενος ὑπεύθυνος εἶναι τῇ παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίᾳ.** Pari sensu **ἔνοχος** apud. Demosth. *contr. Bœot.* III. **ταῖς ἐκ τῶν νόμων ἔσται ζημίαις ἔνοχος.**

Quid vero **ὑπεύθυνος ἔξωθεν**? Quid illud *extrinsecus?* Anne *in re familiari*, ut sit exegesis eorum quæ præeunt, nempe, pensionis mulctæ? Vix hoc crediderim : satius est *insuper*, Angl. *over and above; additionally;* ut sit, *præter mulctam irrogatam pœnæ ulteriori obnoxius*, quales erant inter Romanos Proscriptio, Relegatio, Exsilium. Sic in Diodoro, XVIII. 65. **φυγῇ καὶ δημεύσει τῆς οὐσίας.**

In mentem venit Demosth. *contr. Dionysiodor.* 1284. 21. **ἐγὼ δ' ἔξωθεν μετεῖχον αὐτῷ τοῦ δανείσματος.** Hoc vero est *extra syngrapham*, et a nostris alienum.

9. **Τυμβωρυχίας νόμῳ.** Cp. Cic. *De Legib.* II. 24. *Quod autem forum, id est, vestibulum sepulchri, bustumve usucapi vetat, tuetur jus sepulcrorum.* Apud Romanos Jus civile et Jureconsulti a sepulchris aberant: sed Pontificibus aut Virginibus Vestalibus dabatur mulcta sepulcri sive venditi sive violati. Vid. Marini, *gli atti dei Fratelli Arvali*, II. pp. 632. 825.

Hanc rem tetigerat quoque Solon, ut ex Cicerone discimus, *ubi supr.* 26. *De sepulcris autem nihil est apud Solonem amplius, quam, Ne quis ea deleat, neve alienum inferat; pœnaque est, Si quis bustum (nam id puto appellari* **τύμβον**), *aut monumentum, inquit,*

ὧν τὸ μὲν ἕτερον ἐτέθη εἰς τὸ ἀρχεῖον. ἐγένετο ἐν τῇ λαμπροτάτῃ θυατειρηνῶν πόλει, ἀνθυπάτῳ κατιλλίῳ σεβήρῳ, μηνὸς αὐδναι-

VARIÆ LECTIONES.

Formulam ὑπὸ μηνοφίλου primum habui, sed quod dedi præstat: sc. *apud M. J. scribam.* cp. Herod. VI. 82. Congruit et sensus *sub*, quippe in re ad civitatis regesta spectante. Dicitur fere ut in forensi usu ὑπὸ ἐπιτρόπους . . . οἰκονόμους, in Galat. IV. 2. vel etiam ut in Epist. S. Ignat. ad Eccles. Smyrn. 8. ἡ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον οὖσα. Diversa plane res foret ὑπὸ μηνοφίλου, ut ὑπὸ κήρυκος in Herod. IX. 98.

Clausulam vertas Anglice: *Done in the most illustrious city of the Thyatirenes, during the proconsulship of Catilius Severus, on the thirteenth of the month Audnæus: by authority of Menophilus Julianus, public Registrar.*

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

aut columnam violarit, dejecerit, fregerit.

10. Ἀρχεῖον. *Curia.* Sic in Diodoro, XVIII. 65. ἐκ δὲ τῶν δημοτικωτάτων τὰ ἀρχεῖα καταστήσας. Vertitur *forum* vel *curia* in Demosth. *contr. Philipp.* IV. p. 145. 15. τὰ παρ' οὐδέσι τούτων ἀρχεῖα καὶ βουλευτήρια ἐρημότερα ἄν τις ἴδοι . . . . ἢ τὰ παρ' ὑμῖν. Reddunt quoque *magistratus curiam*, vel *tribunale*, secundum Suidam in voc. ἀρχεῖον. Necnon, quod erat usitatissimum, *Tabularium*, ἔνθα οἱ δημόσιοι χάρται ἀπόκεινται, καὶ χαρτοφυλάκια. Suid. Hesych. Vid. Suicer. I. p. 524.; Cp. Chandler. *Inscr.* I. 59. in Rosii *Inscr. Gr. Vetust.* p. 193.

11. Κατιλλίῳ. De hoc viro cp. Dion. *Hist.* LXIX. 14. ubi missio ejus in Bithyniam memoratur, justitiæ porro et prudentiæ elogium. Proconsulatum postea in Syria gessit, consulque factus est tres annos post cum T. Aurelio Fulvo: hoc, regnante Hadriano, A. U. C. 873. De eo scribit Spartianus in Hadrian. XXIV. *Antonini adoptionem plurimi tum factam esse doluerunt: speciatim Catilius Severus, præfectus urbis, qui sibi præparabat imperium: qua re perdita, successore accepto, dignitate privatus est.*

Ibid. Αὐδναίου τρισκ. h.e. Non. Decembr. secundum computum Usserianum, (*De anno solari Macedonum*, apud Gronov. *Th. Gr. Antiqq.* XI.), at hoc incertum: in Tab. 7ma Ideleri respondent αὐδυναίῳ et Anthesterion (Febr-Mart.) et Poseideon (Dec-Jan.) Atheniensium, prout Philippi vel Plutarchi rationes sequamur. Vid. *Enchirid. Græc.* Passovii, cit. supr. in not ad Inscript. I. 9.

ου τρισκαιδεκάτῃ. ὑπὸ μηνοφίλου ἰουλιανὸν δημόσιον.

VARIÆ LECTIONES.

* Monendus est Lector me rationibus incisuræ in ligneis tabulis coactum trifariam dispertiisse singulos versus hujusce inscriptionis.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

12. Δημοσίον. Angl. *Clerk*, *Scribe*, *Notary*. Demosth. *Olynth.* II. p. 23. 20. Καλλίαν ἐκεῖνον τὸν δημόσιον ... ἀγαπᾷ. *De Chersones.* 101. 14. ταμίας καὶ δημοσίους, *Schatzmeister und öffentliche Diener*, in Böckh. *Staatshaush.* I. p. 195. Iterum, *De Fals. Legat.* 381. 1. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τῆς ἐξωμοσίας ἐν τοῖς κοινοῖς τοῖς ὑμετέροις γράμμασιν ἐν τῷ μητρῴῳ ταῦτ' ἐστὶν, ἐφ' οἷς ὁ δημόσιος (sc. οἰκέτης) τέτακται. Erat nempe *Tabularius*.

Romanis imperantibus fuerunt *Scribæ*, *Actuarii*. Hi conficiebant regesta, (ut liquet ex Vopisc. in *Prob.* c. 2.) publica Senatus Populique acta perscribebant, et de hisce commentarios. Cp. Cic. *Pro Domo sua*, 28. *Scribæ, qui nobiscum in rationibus monumentisque publicis versantur, non obscurum de meis in rempublicam beneficiis suum judicium decretumque esse voluerunt:* hæc, ut distinguatur inter publicos, et privatos qui in *Epist. ad Divv.* v. 20. memorantur.

Quæ habet Ammianus in XIV. 9.; XX. 5. de Actuariis et Notariis, a nostris aliena sunt.

Subintelligi potest h. l. ἀντιγραφεὺς, *contrarotulator*, cujus erat τὰ ἀντίγραφα ἁπλᾶ (Anglic. *fair copies*), perscribere.

XVI. Θ. g.

. . . .	. . . .	. . . .
ΤΕΚΝΟΙΣΑΥΤ	....	.ΑΚΑΤΑ..ΗΣΑ.ΜΝ...
ΩΝΚΑΙΕΠΟ...	ΤΗΣΕΠΙΓΡΑΦ..	Α.ΑΥΡΡΟΥΦ..
ΟΙ.ΜΗΔΕΝΟ.	ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ	.ΟΝΒΟΥΛΕΥ...
ΕΤΕΡΟΥΕΧΟΝ	Τ.ΘΗ..ΣΤΟΑΡΧ..	ΝΝ.ΟΝ.......
ΤΟΣΕΞΟ..ΑΝΑ	ΟΝΑΝΘ.....ΕΝ.ΤΙΟ..ΔΡΑ...ΗΤ.Ν	
ΛΟ..ΙΩΝ.....ΕΜ.Δ	.ΟΛΙΑΝΩΜΗ...ΤΡΑ..Τ....ΑΝΝΕ..	
ΕΝΟ..Σ..ΑΝΠ.....	.ΟΥΛΥΠΟ.........	ΤΩ.ΕΝΚΕΙΜΕ.Ω..
ΤΑΠΟ..ΣΗΔΩ....	ΟΝ.............	.ΟΡΟΥΕΠΙΩ....
ΛΑΜΠΡΟΤΑ..	ΕΧ.ΙΝΩΘΗΝΕΞ.	.......ΙΝ.........
Θ...Ε......	....ΤΟΥ......	....
ΠΟΛΕΙ......	....	....

a. *τέκνοις αὐτ-*	b. *δηνάρια . . ταύτης*	c. *κα, καταστήσας μν . . .*
ῶν καὶ ἑπομέν-	*τῆς ἐπιγραφῆς*	*ἂν . αὐρ . ῥοῦφον,*

VARIÆ LECTIONES.

(1.) In 6to 7mo apogr. deficit. Dolendum quoque abscissum fuisse nomen conditoris. 16^m^ et ss. apogr. exh. ΕΚΑ. Ex ΜΝ fortasse confecerit aliquis *μνήμονας*.—(2). 6^m^ ss. apogr. mendosissime ΕΠΟΝ . . ΟΠ. Posui *ἑπομένοις*,

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

2. c. **Ἀν. αὐρ. ῥοῦφον.** Hæreo adhuc in nomine. Exstat in Andocide (*Orat. de Myster.* 65, 8.) **Ἀργύριος**, seu, ex emendatione Reiskii, **Ἀγύῤῥιος**, unde cogitavi de nomine Agyrrhio Fausto. At ex seqq. liquet sermonem esse de

a. οις, μηδενὸς
ἑτέρου ἔχον-
τος ἐξουσίαν, ἀλ-
λοτρίων δὲ, ὃς ἂν εἴη, μηδ-
ενός· ὃς δ᾽ ἂν παρὰ ταῦ-
τα ποιήσῃ δώσει τῇ

b. ἀντίγραφον ἐ-
τέθη εἰς τὸ ἀρχεῖ-
ον, ἀνθυπάτῳ . .
.ολλιανῷ, μηνὸς τραϊα-
νοῦ λ΄. ὑπὸ . . . . .
ον . . . . . δημόσιον . .

c. τὸν βουλευτήν·
ἄννεον . . . . . ἄν-
δρα τιμητόν·
τίτον ἄννεον . . . .
τῶν ἐγκειμένων ἐπὶ
. . σοροῦ εἰσώστων,

VARIÆ LECTIONES.

minus fidenter, at non habens quod prætulerim, nisi placeat magis ἐσομένοις. In 11mo apogr. N quod in Σ mutavi secundum xv. 9. In 19mo ss. apogr. ΑΠΑΙΡ-ΡΟΥΦ... Hæreo adhuc in nomine, sed sermo manifeste est de familia Anniorum.—(3.) 3^{m} in apogr. N.—(4.) 1. ss. in apogr. ΕΠΡΟΥΕΧΟΝ ... ΠΡΟΗΝ-ΤΟΑΡΑ ΝΝΤΟΝ. Pro ἐτέθη (xv. 10.) possit et ἐγράφη scribi.—(5.) In 3° apogr. I. Dein post 6^{m}, ΠΑΝΔ. ΟΗΑΝΟ .... ΕΝ .. ΤΙΟ ..—(6.) Apogr. ΛΟ . ΠΩΝ .... ΕΙΕΜ . Α ΟΛΛΙΑΝΩΜΗ ... ΠΡΑ .. In nomine etc. Proconsulis hæreo. Certe inter inscriptiones Troadis reperi *Max. Lollianum III. Procos.* Ceterum induxi μηνὸς τραϊανοῦ ex inscr. Aphrodisiensium. Litera numeralis hic est λ΄, in xvii. 10. habemus δαισίου ή.—(7.) Post 3^{m} apogr. Π. 15^{a} est O. Formulam ὃς δ᾽ ἂν παρὰ ταῦτα κ. τ. λ. edoctus sum a tit. xv. 5.—(8.) 5^{a} et ss. apogr. ΕΗΑΟ. Dein ante 11^{am} invenio Γ. Hoc in lapide erat Σ.—

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Anniis, ex quorum cognominibus perhibetur fuisse Rufus: cp. Joseph. *Antiq. Jud.* xviii. 2. 2. Gens erat plebeia et consularis: ex. c. tempore Hadriani, an. xii. M. Annius Libo; Antonini Pii, an. xxiii. App. Ann. Atil. Bradua; Anton. Philosoph., an. xix. T. Ann. Aurel. Verus. Conf. Rosin. *Antiq. Elect.* p. 904.

5. a. Ἀλλοτρίων. Comp. infr. xviii. 2. Hoc exprimere videtur Tullius in loc. supr. cit. ex op. *de Legg.* ii. 26. *Ne quis ea* (sc. sepulcra) *deleat, neve alienum inferat.*

Ceterum formula est: μηδενὸς ἑτέρου ἔχοντος ἐξουσίαν, id est, *nemine altero ex gentilibus facultatem habente*, ἀλλοτρίων δὲ μηδενός, scil. *nemine ex alienis.* Venia iis tantum conceditur quorum nomina vel affinitas memorantur in epigrammate.

8. c. Εἰσώστων. Debebam potius ex ductu literarum ἐπιώστων. Designantur partes ædificii sepulcralis interiores: ἐνδόμυχα quædam in tumulo ipso (τῷ μνημείῳ) in quo conclusa fuerat ἡ σορός. Hoc nomen satis indicat, ut usitatius ἐξῶσται, quibus in sermone

a.	b.	c.
λαμπροτάτῃ	*ἔχειν, ᾧ τὴν ἐξουσί-*	*μνείας χάριν, ἐκ τῶν*
θυατειρηνῶν	*αν τοῦ θεῖναι εἰς ταύ-*	*ἰδίων κατασκευαστάς.*

VARIÆ LECTIONES.

(10.) Supplementum in secunda tabula inscriptionis dedi quod cum superiore parte tertiæ cohæreat, ita ut fiat transcursus ad clausulam. Censendus est loqui

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Romano respondent *mœniana*, in ædibus notissima: cp. Cic. *Academ.* I. 2. 22. (h. l. vero subortum notes dubium), Valer. Max. IX. 12. 7. Vitruv. *De Architect.* V. 1. p. 129.; 8. p. 145.

In titulo Aphrodisiensi (ex meis) obvia sunt seqq. Τὸ *μνημεῖον, καὶ τὴν ἐπ' αὐτὸ σορὸν, καὶ τὰς εἰσώστας, κατεσκεύασεν Ζήνων Ἀπολλωνίου τοῦ Γάμου.* In altero ter memorantur, at difficillimum est constructionem expedire ob marmor, in quo insculpta fuerat epigraphe, a lapicida quodam bifariam sectum. Invenio *ταῖς εἰσώσταις*. Dein, *οὔτε τὸν βωμὸν, οὔτε εἰσώστην.* Postremum, *ἐὰν δέ τις ἐπιχειρήσῃ ἢ ἐνθάδε (τι παρὰ νόμον ποιῆσ)αι, ἢ εἰσώσταις, ἢ μετακινῆσαι τὴν σορόν, κ. τ. λ.*

Cum hisce conf. titt. Aphrodis. ex schedis Sherardi evulgatos a viro clarissimo Bœckhio, 2824. 3.; 2834. 7. (quem et ipse in apographis meis descriptum habeo), 2840. 8.; 2846. 9. Addas Fellowsii, in titt. ibidem exaratis, *Itinerar.* (1840.) N°s 48. p. 345.; 49. p. 346.; 57. p. 356.

Ex hisce liquido constat rei sepulcralis, ratione ædium, illustratio. Occurrit *ὁ πλάτας*, quem et ipse memoratum video in brevi titulo in tugurio quodam descripto dum in vico *Gheyerah* diversarer. Erat *basis*, *substructio*, tumuli, quæ et ipsa aliquando complexa *τὰς εἰσώστας*. Dein super basi *τὸ μνημεῖον*, quod et *τύμβος* et *βωμὸς* dicitur. Sarcophagus seu loculus cinerarius, *ἡ σορός*, qui in tumulo (*μνημείῳ*) conclusus ad usum conditoris cæterorumque, prout ei visum fuerat, destinabatur. Postremum *εἰσῶσται* et *εἰδοφόροι*, quorum hi subter sarcophagum, varioque ornatu formarum instructi, ad instar zographorum, positi, hæ et in basi (*τῷ πλάτᾳ*) et in eidophoro, inque ipso tumulo (*τύμβῳ*) locum sortitæ sunt. Possis vertere *cellas sepulcrales*.

Restant et ex tabulis lapideis confectæ, *εἰσῶσται πλάκιναι*, saltem Bœckhio emendante in N° 2846. 8. sq. Occurrunt in tit. insigni Aphrodisiensi ex schedis Fellowsii, LV. p. 354. nempe, *ὁμοίως εἶναι καὶ τὰς παρακειμένας τῷ βωμῷ καὶ τῇ σορῷ εἰσώστας πλακίνας τρεῖς κ. τ. λ.* quæ filiis conditoris pri-

a. *πόλει ἀργυρίου* b. *την τὴν σορὸν ἔδω-* c. . . . .

VARIÆ LECTIONES.

ὁ κατασκευαστὴς, Ut ille cui, monumento extructo, potestatem feci in eo sepeliendi, jus suum obtineat. In hac clausula, sive tabula tertia, cuncta, præsertim ad finem, erant prorsus turbata. Supplevi pro mea peritia, posito Annios (vel Anneos) hic commemoratos, affinitatis jure aut amicitiæ, quid ex propriis ad ornationem sepulchri contulisse; ex. c. *εἰσώστας*, seu *ἐπιώστας*.

En titulum, ex rarioribus, *columnarem* dixerim, ordine triplici dispositum. Talem retulit ex schedis suis Fellowsius, inter Masycitianos, in *Itinerar.* II. p. 125. Bœckhius quoque, inter Aphrodisienses, sc. 2838., utrumque vero horum duplicem tantum seriem sortitum. In meis, quæ sequitur, explicationem plures coactus fui per paginas disponere, idque tam ob spatii exiguitatem quam ob rationes operis, annotationibus semper contextui subjectis. Quapropter rogandus est L. B. explicationem evolvere primum per seriem a., dein per b., postremum per c., priusquam ad notarum inspectionem se conferat.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

vignoque concessæ traduntur.

At *εἰσῶσται* et *ἐπιῶσται* dictæ, si fides sit supplenti in Thyatiren. XVI. 8. c. *τῶν ἐγκειμένων ἐπὶ τῆς σοροῦ ἐπιώστων*. Titulum sane descripsi summa cura, sæpius oculis perlustrans, ut adeo de elementis nullus dubitem. Porro constructio *ἐγκεῖσθαι ἐπὶ τῆς σοροῦ* comparari potest cum Herodoteis (II. 35.) *ἐπὶ τῶν κεφαλέων φορέουσι*, vel (V. 92. 3.) *ἑστεῶτες ἐπὶ τῶν θυρέων*, cellulis nempe in monumento sarcophago imminentibus, vel lateri appositis.

Concidit porro, si ratio habeatur meæ conjecturæ, commentantis in Fellowsii nota (p. 331.) sententia, sc. non alibi quam in titulis Aphrodisiensibus occurrere mentionem *τῶν εἰσώστων*. Idem enim cum hisce sonare *ἐπιώστας* adeo in propatulo est ut vix probatione indigeat.

XVII. Θ. h.

ΑΥΡΤΥΧΗΜΕΝΕΚΡΑΤΟ..
ΟΝΕΑΥΤΗΤΕ.ΑΙΑΥ.....ΟΥ...
ΣΙΩΔΙΑΤΗΝΠΡΟΣΑΥΤΟΝ
ΚΑΙΤΟΙΣ.....ΤΕ..Ο..ΑΥ.....
ΓΥΝΑΙΞΙΤΩΝΤΕΚΝΩΝ
ΩΛΝΕΤΙΖΩΝΤΕ.ΟΙΣ
ΕΧΟΝΤΟΣΕΞΟΥΣΙΑΝ..Δ...Σ
ΕΠΕΝΒΑΛΗΔΩΣΕΙΕ..
ΓΡΑΦΟΝΕΝΑΠΛΟ.
ΔΑΙΣΙΟΥ·Η

αὐρ. τύχη μενεκράτους κατεσκεύασε τὸν τύμβ-
ον ἑαυτῇ τε καὶ αὐρηλίῳ ῥουφῷ, ἀνδρὶ αὐτῆς θαυμα-

VARIÆ LECTIONES.

(1.) 15m s. in apogr. ΙΩ, quasi nomen fuerit Menecræo, sed obscurissima. Erat opinor Menecrates, ut in titulo Labrandensi apud Fellowsium, p. 262. Nomen sæpius obvium in auctt. ex. c. Athen. VII. 33. s. Strab. XII. 8.—(2.) 14m est fragmentum vel Rufi vel Justi, vel fortasse Juliani. Quid vero statuendum de

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

2. θαυμασίῳ. *Admirando.* Nil obstat sensus in Demosth. *De Fals. Legat.* 375. 24.; nec in Lucian. *Conviv.* 35.; si conferatur *Vit. Auct.* 11. Addas, in libr. apocryph. *Maccab.* IV. 7. 13. dudum excitatum in not. ad inscr. VIII. 7.

σίῳ, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν φιλοτιμίαν καὶ εὔνοιαν·
καὶ τοῖς αὐτῶν τέκνοις, αὐρηλίῳ καὶ . . . . . . καὶ ταῖς
γύναιξι τῶν τέκνων . . . .
ὠλνετίζων τε τοῖς τέκνοις· τῶν ἀλλοτρίων
ἔχοντος ἐξουσίαν μηδενὸς ἐπεμβάλλειν τινά· εἰ δὲ
ἐπεμβάλῃ, δώσει εἰς τὸ ταμεῖον δηνάρια . . ἀντί-
γραφον ἓν ἁπλοῦν ταύτης ἐπιγραφῆς ἐτέθη εἰς τὸ ἀρχεῖον
δαισίου ή.

VARIÆ LECTIONES.

fine? Suppleveram primo *ἀνδρὶ αὐτῆς αἰδεσίμῳ*, ut *αἰδοῖος* in Hom. Il. γ', 172. Pind. *Pyth.* IV. 51. at litt. quæ supersunt obstantibus. Dein *θαυμαστῷ, θαυμασίῳ* demum, quod prælatum habeo. Cp. VIII. 7. 10.—(3.) Supplevi ad finem *εὔνοιαν*. Poteram quoque *φιλοφροσύνην, ἀγάπην*. Habui *φιλοτιμίαν* ex inscr. XI. 8.—(6). Olnetizi memorantur, gens forte inter Thyatirenas spectatior. Inter 11^{m} et 12^{m} erant vestigia: posui in apogr. Σ. Rectius T. Intervallum prohibet *τέκνοις*.—(8.) 1 ss. *ἐπεμβάλῃ*. Cp. XIV. 3. Sensus vero ab hisce, ni fallor, alienus. 13^{m} est in apogr. T. Dein parvo intervallo sequutæ species litt. ΡΣΑΔΝ. Hinc collegeris suppl. *δώσει εἰς ταμεῖον δηνάρια ,δν'*, gravem multam! sed conf. XV. 7. s. Marmor erat in hac parte fractum omnino et exesum.—(10.) Mensis Macedonicus, et tempus hic datum, VI. Non. Maii, ex computo Usseriano. Sed alii aliter, sicut supr. XV. fin. De hisce egi in notis ibidem subjectis.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Parili sensu *θαυμάζειν* est *τιμᾷν, περὶ πλείστου ποιεῖσθαι*, ut in Isocr. *Ad Demonic.* IV.; Andocid. *contr. Alcibiad.* VIII.; in apocr. *Sirach.* VII. 29.

XVIII. Θ. i.

. . . .

ΤΗΕΑΥΤΟΥΓΥΝΑΙΚΙΕΤΕΡΩΔΕΟΥΔΕΝΙΕΞ. . .ΤΑΙ
ΘΕΙΝΑΙΤΙΝΑΟΥΔΕΕΞΑΛΛΟΤΡΙΩΝ.ΑΙΟΥΔΕ. . .
.ΡΑΦΗΝΕΙΚΟΥΣ·Ε. .ΕΤΙΣΕΝΑΝΤΙΟΝ.ΟΙΗΣ.
ΤΑΓΕΝΟΙ. . . . . . . .ΝΤΑΣΚΑΙΝΕΚΡΟΥ. .Θ.ΩΝ. . .ΑΠΟΛΟΜΕΝΩΝ
. . . .Π. . .Ο. .Κ. .Τ. . . . .ΔΙΑ. .ΝΑΣΕΒΕΙΑΝ.ΙΝ. .ΥΠΟΚΡ. . . .ΤΗ
. . .ΘΥΑΤΕΙΡ. . . . . .ΜΩ. . . . . ΑΒΦ.ΑΥΤΗΣΤΗΣ
ΕΠΙΓΡΑΦΗ.Α. . . . . . .ΟΝ. . .Θ. ΕΙΣΤΟΑΡΧΕΙΟΝ
.ΑΝΩΝΙΟ.ΠΑΛΑΙΟΝ.Ρ. . . . . .ΚΑΤΗΜΝΟ.ΤΡΑΙΑΝΟΥ

. . . .

. . . .

τῇ ἑαυτοῦ γυναικί· ἑτέρῳ δὲ οὐδενὶ ἐξέσται εἰς αὐτὴν
θεῖναί τινα οὐδὲ ἐξ ἀλλοτρίων, καὶ οὐδενὶ . . . . . .
γραφὴ νείκους . εἰ δέ τις ἐναντίον ποιήσῃ, ἤ τι παρὰ ταῦ-
τα, γένοιτο εἰς ταφόντας καὶ νεκροὺς ἐκ θεῶν τῶν ἀπολομένων

VARIÆ LECTIONES.

(1.) 25[a] s. in apogr. ΑΓ.—(2.) 26. ss. Quid h. l. statuendum est valde dubito. Posui, *καὶ οὐδενὶ ἐξέσται γραφὴ νείκους*, vel *ἔσται*, ut in Demosth. *In Stephan.* II. 218. *τούτων εἶναι τὰς γραφάς*. Porro *νεῖκος*, *lis*, *controversia :* ut in *Odyss. μ'*, 440. Il. *σ'*, 497. Sensus se prodit: *nec licitum erit alicui litem intendere.*—(3.) 11[m] exh. apogr. Z. 25[a] ss. in apogr. ΟΝΙΣ. sed cf. XV. Seqq. usque ad finem epigraphes erant tractatu difficillima, vestigiis tantum hinc et illinc apparentibus. Possint sic constitui: *εἰ δέ τι παρὰ ταῦτ' ἂν γένοιτο, εἴη*

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

4. *'Απολομένων.* Sic *οὐλομένην*, *exitialem*, in *Iliad. α'*. 2. Nempe *deas ultrices* innuit auctor tituli, quas designat Euripides *φοινίας*, *ταλαίνας*, *πο-*

παντοῖα κακά· καὶ τοὺς μὲν διὰ τὴν ἀσέβειαν τίνειν ὑπὸ κρίσιν τῇ τῶν θυατειρηνῶν βουλῇ καὶ τῷ δημῷ δηνάρια ͵βφʹ . ταύτης τῆς

VARIÆ LECTIONES.

θέντας καὶ νεκροὺς ἐκ θεῶν ἀπολομένων (sc. ἐρινύων) κακὰ παθεῖν παντοῖα, καὶ τοὺς μὲν (sc. θέντας) διὰ τὴν ἀσέβειαν κ. τ. λ. Vid. exempla hujusce constructionis εἴη etc. in *Alcest.* 487.; *Androm.* 765.; *Rhes.* 596.—(4.) Post 2^{m} apogr. N, ut sit ταῦτ' ἂν γένοιτο. Hoc fortasse rectius. 22^{a}, 32^{a}, O ibid. Sed designantur Furiæ.—(5.) 1^{m} ss. apogr. exh. Π . . . O . . K . . T . . . . . . ΔΙΑΝΣΥΜΕΙΑΝ. Satis aspera tractatu! Inprimis tentavi, παθεῖν κακὰ παντοῖα, καὶ αὐτοὺς (sc. sepelientes) δι' ἀσυφηλίαν. At desidero exempla vocis insolitæ.—(6.) 9^{a} in

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

λυστόνους, immo et ὀλομένας in *Phœniss.* 1043. cp. *Med.* 1386. et quæ præiverant, 1248-56.

Furiæ consimiliter Heroum tuentur in inscript. Atheniensi excit. supr. ad IX. 3. Quæ in v. 7. et in 22. ss. obv. ad mea transtuli: ὅσα κακὰ καὶ πάθη ἀνθρώπῳ γίγνεται ταῦτα γίγνοιτο (γιγνέσθω Wordsworth, p. 146. sed minus fideliter, nec Græce, quod satis sit), τῷ τολμήσαντι, κ.τ.λ. Ex hisce, et ductu litterarum in tit. Thyat. ἐκ θεῶν τῶν ἀπολομένων παντοῖα κακά dedi. Meliora fortasse impertiet peritior alter et doctior.

5. Ἀσέβειαν. Cp. Demosth. *Orat. contr. Eubulid.* 1301. 15. Εὐβουλίδης γὰρ οὗτος, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ὡς ὑμῶν ἴσασι πολλοὶ, γραψάμενος ἀσεβείας τὴν ἀδελφὴν τὴν λακεδαιμονίου τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων οὐ μετέλαβεν. Quod sequitur ὑπὸ κρίσιν dictum putes ut in Herodoto VI. 104. ὑπὸ δικαστήριον.

8. Πανιώνιον. Quod in explicatione apposui revocat ad mentem sacra Panionia, notissima vel ex Herodoto; I. 141. ss. a quibus censendi sunt non abhorruisse Thyatireni, si verum sit quod a Plinio statutum video in recensu ejus civitatum Ioniæ, V. 31. 3. Dissentiunt certe Steph. Byz. et Ptolemæus, qui Lydiæ Thyatira accensent; sed in cultu religioso levioris momenti sunt limites geographici. Ex nummis constat fuisse certamina, πανιώνια πύθια, quibuscum judicarim quodam modo connexum ἰσοπύθιον, in titulo ad ludos spectante, viz. X. 8.; nec fidei absonum est, ut alibi Panionium (τέμενος πανιώνιον), sic apud Thyatirenos extitisse ædes religione Panionia sacratas.

Hæc subjeci quippe ad lineas epigrammatis propius accedentia. Primo restitueram, πανέμου τοῦ παλαιοῦ τρισ-

ἐπιγραφῆς ἀντίγραφον ἐτέθη εἰς τὸ ἀρχεῖον
πανιώνιον παλαιὸν τρισκαιδεκάτῃ μηνὸς τραϊανοῦ,

. . . .

VARIÆ LECTIONES.

apogr. et O et Ω. Hoc præstat. 10[a] ss. in apogr. XBΦ. Ultima intacta linquo, ut notas numerales, viz. 2500. 16[a] in apogr. M. Post 20[m] exh. apogr. EN, sine dubio ex sulculis in marmore.—(7.) 4[a] in apogr. M. Dein omissa 5[a], et 6[a] 7[a] 8[a] erant NTH.—(8.) Hæc qualia in apogr. conspiciuntur subjicio: ANEONIO. ΠΑΛΑΙΟΝΡΥ...... ΚΛΟΩΣΜΡΟ. ΓΡΑΙΕΙΝΑΙ. En sordes! Fortasse in 21[a] ss. harum delitescit ἡμέρᾳ.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

καιδεκάτῃ ἡμέρᾳ (seu μηνὸς) τραϊανοῦ.... neque hæc ἀνάρμοστα in civitate Macedonico-Romana. Vid. XVII. 10.

Panemus mensis respondebat vel Metageitnioni vel Skirophorioni, ut in Tab. Ideleri (cit. supr. ad Inscript. xv. 11.) constitutum video. Priorem ponamus, nempe Aug-Septembr., mensemque quem in fastos ingesserant Romanum nomen adulantes initium sumpsisse ex adoptione Trajani, atque omnia bene congruunt.

Obiit Nerva v. Kalend. Febr. U. C. 851. Paullo ante, sub finem ann. 850. (P. C. 97.) adoptatus, Cæsarque salutatus fuerat Trajanus; dixerim Septembri; nomenque imperatorium accessisse ex titulo adoptionis. Cp. Dio. *Hist. Rom.* LXVIII. 3. 4.

Video in fine obv. Tit. Sepulcr. Aphrodis. τὸ τῆς ἐπιγραφῆς ἀντίγραφον ἀπετέθη εἰς τὸ χρεοφυλάκιον..... ωνος πεντάκι (sc. πεντάκις) τοῦ ἀρχιμήδους μηνὸς τραϊανοῦ σεβαστοῦ.

PERGAMUM.

Turc. BERGAMO.

Iter ad Pergamum confeci III. Kal. Octobris visurus ἐπιφανῆ τὴν πόλιν, καὶ πολὺν συνευτυχήσασαν χρόνον τοῖς ἀτταλικοῖς βασιλεῦσι. Quid vero nunc restat ornatus pristini nitorisque? Illic quondam conspectæ Attalicorum ædes; illic ærarium (γαζοφυλάκιον) Lysimachi; illic templa deorum, et qui erant Græci nominis proprii, quosque dignitatis imperatoriæ arcessiverat vana adulatio; theatra insuper, nicephorium Eumenis, Praxitelis, Sosi, Apollodori miracula. Hæc prorsus abierunt; illa dies, bellorum clades, barbarorum insolentia, pæne funditus sustulerunt! Superstes adhuc conspicitur inter monumenta spectatiora ædificium sacrum S. Joannis Theologi, ruderibus situ oppletis. Fidei sincerioris templique, muneris Theodosiani, una eademque sors: hinc anilis superstitio, illinc inhumana barbaries, saniora cuncta atque illustriora temeraverunt.

Notatu dignum est cives Pergamenos, ob templorum frequentiam et magnificentiam, duplicem, immo triplicem, neocoriam fuisse adeptos. Æsculapii cultus inprimis memoratur, Apollinis, Palladis, Herculis. Recentiori ævo accedebat Romanorum superstitio; deæque Romæ, divis Imperatoribus, ædes addictæ, flamina, cærimoniæ. Cp. Inscript. XIX. 10. et numm. M. Aurelii in Spanhem. p. 485. Hæc tetigi in notis.

De rebus Pergamenis præcipue consulendi; Strab. XIII. 4. init.; Athenæus, I. 4., XIII. 38. Lucian. *Icaromenipp.* 24.; Liv. XXIX. 11., XXXI. 46., XXXII. 33. s., XXXV. 13., XXXVII. 18. ss., XLII. 18., XLIV. 28.; Plin. V. 33. 3., XXXV. 36. 1., et 46. 2., XXXVI. 4. 12., et 60. 1. Templorum meminit Tacitus, *Annal.* III. 63. (q. l. conf. Eckhel, T. I. p. 68.), et IV. 37.; studiumque innuitur artium in XVI. 23. Inter hodiernos scriptores cum fructu adeundi Stosch. *de urbibus Apocalypt.* p. 56. et Eichhorn. *Comm. in Apoc.* I. p. 94.

In schedas meas retuli, dum in urbe commoratus sum, ex epigrammatibus quæ supersunt quinque Græca, unumque, fragmentum inscriptionis Latinæ. Addidi Romaïcum, quod aiunt, ut exemplum scripturæ apponerem.

a. Inscriptio est in honorem Trajani Hadriani, basi statuæ, vel tropæi, incisa; officio quinque Prætoribus (στρατηγοῖς), quorum nomina recensentur, permisso a senatu et populo Pergamenorum.

b. Altera ejusdem, ut credo, honorifica, sed nondum purpuram assequuti, curantibus Dionysio, Malchione etc. Utramque, marmori insculptam, ex ædibus privatorum quorundam in oppido superiore descripsi.

c. Epigraphe sepulcralis in cippo Maximiani, Proprætoris (ἀντιστρατήγου), etc., jacente in via publica in regione S. Theodori.

d. Fragmentum inscriptionis Latinæ, juxta templum S. Joannis. Marmor ex acropoli sublatum a Turco quodam lapicida ferunt.

e. Inscriptio ævi recentioris beneficium commemorans architecti Nicodemi, qui ambulacrum ædilitium sumptu proprio refecerat atque ornaverat.

f. Monumentum sepulcrale in recordationem geometræ Isidoti, ab Ælia Noma exstructum. Hæc invicem vicina ex pariete intergerivo in regione S. Theodori descripsi.

g. Inscriptio Græco-barbara, ex hyperthyro templi S. Theodori, in memoriam conditorum.

XIX. Π. a.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙΣΑΡΑ
ΘΕΟΥΤΡΑΙΑΝΟΥΠΑΡΘΙΚΟΥ
ΤΟΝΘΕΟΥΝΕΡΟΥΑΥΙΩΝΟΝ
ΤΡΑΙΑΝΟΝΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝΑΡΧΙΕΡΕΑΜΕΓΙΣ
ΤΟΝΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣΕΞΟΥΣΙΑΣ
ΤΟΖΥΠΑΤΟΝΤΟ>Γ<ΤΟΝΓΗΣ
ΚΑΙΘΑΛΑΣΣΗΣΑΡΧΟΝΤΑ
ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
ΤΩΝΠΡΩΤΩΝΚΑΙΔΙΣΝΕΩΚΟΡΩΝ
ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝ
ΤΙΙΟΥΛΙΟΥΑΙΛΙΑΝΟΥΑΠΟΛΔΩΝΙΟΥ
ΤΙΑΙΛΙΟΥΟΕΟΔΟΤΟΥ
ΤΚΛΑΙΛΙΑΝΟΥΛΑΙΒΙΟΥ
ΑΙΛΙΟΥ ΛΑΤΕΙΝΟΥ
ΑΙΛΙΟΥΓΛΥΚΩΝΟΣΙΟΥΛΙΑΝΟΥ
ΤΩΝΣΤΡΑΤΗΓΩΝ

αὐτοκράτορα καίσαρα,
θεοῦ τραϊανοῦ παρθικοῦ,
τὸν θεοῦ νερούα υἱωνὸν

VARIÆ LECTIONES, ETC.

(1.) Delituit fortasse in marmore articulus post *καίσαρα*.—(2.) Παρθικοῦ. Cp. Dion. LXVIII. 23. 28.—(3.) Υἱωνόν. En scrupulum historicum! Si fides sit Dioni (LXIX. 1.) adoptio Hadriani per Trajanum mera fabula erat. Sed con-

τραϊανὸν ἀδριανὸν,
σεβαστὸν, ἀρχιερέα μέγισ-
τον, δημαρχικῆς ἐξουσίας
τὸ ζ', ὕπατον τὸ γ', τὸν γῆς
καὶ θαλάσσης ἄρχοντα,
ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος
τῶν πρώτων καὶ δὶς νεωκόρων

VARIÆ LECTIONES, ETC.

tra disputat Dodvellus in Prælect. cit. a Gibbono, vol. I. p. 89. Plotina certe φιλίᾳ studebat; designat Dio, ἐρωτικῇ, sed opinor invidiose, et non ut decet historicum. In hac re lucem fortasse allaturus est titulus qui insequitur.—(5.) Ἀρχιερέα μ. Pontificem Maximum: δημαρχ. ἐξουσ. Tribuniciæ potestatis. Sic in titulis (ex. c.) Commodi in Dion. LXXII. 15.—(7.) Ὕπατον, nempe cum Q. Junio Rustico. U. C. 872.—(10.) Πρώτων. Plin. v. 33. 3. *Longeque cla-*

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

2. Παρθικοῦ. Conf. Not. ad XX. 6.

10. Τῶν πρώτων. Videtur Pergamum inter urbes Asiæ Proconsularis instar omnium eminuisse, ut ex Strabone colligendum est, XIII. 4. init. et p. 149. Tauchn. Hinc in nom. Schleusner. *Urbs Troadis clarissima.*

Qui hæc excipit, nempe tit. δὶς νεωκόροι, honoris eximii caussa, ut supr. Epigr. VIII. 5., memoratur. Illustrat nummus M. Aurelii apud Spanhem. p. 485. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ Β. ΝΕΩΚΟΡΩΝ.

De hisce et Neocoris explicatiora dedit Vaillantus, *Numism. Imper. Græc.-Rom.* pp. 266. ss.

Vox νεωκόρος desumpta est ex urbium populis qui alicujus numinis templi curam habebant; ut Ephesii Dianæ, et Magnetes Leucophrynæ, Neocori dicebantur: at cum Imperatores in Deorum numerum relati sunt, urbes, ut in illorum honorem templa erigerent, petierunt, ex quibus cives sui Neocori fierent. Ad id senatusconsulto opus fuit, quod eximii apud populos honoris erat. Successu deinde temporis concessa est civitatibus Neocoria, quæ pro salute Imperatoris sacra publica facerent, templa exstruerent, et ibi certamina vel jam diis dicata, ut ἄκτια, πύθια, et alia; vel nova de Imperatorum nominibus, qualia αὐγουστεῖα, κομμοδεῖα, et alia ederent: unde eadem urbs

περγαμηνῶν·
ἐπιμεληθέντων
τι. ἰουλίου αἰλιανοῦ ἀπολλωνίου,
τι. αἰλίου θεοδότου
τ. κλ. αἰλιανοῦ λαιβίου,
αἰλίου λατείνου,
αἰλίου γλύκωνος ἰουλιανοῦ,
τῶν στρατηγῶν.

VARIÆ LECTIONES, ETC.

rissimum Asiæ Pergamum.—(18.) Στρατηγῶν. *Prætoribus.* In Actt. Apost. XVI. 20. 22. 35. Vers. Vulg. *Magistratus.*

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

secundam, immo et tertiam obtinuit Neocoriam, scilicet Augustorum. Sic Ephesii designabantur τρὶς νεωκόροι, inprimis Claudii, dein Hadriani, postremum Caracallæ. Erant vero et νεωκόροι τῆς μεγάλης θεᾶς ἀρτέμιδος (*Actt. Apostt.* XIX. 35.) et hinc titulus ille honorificus, μόνων ἁπάσων τετράκις νεωκόρων. Smyrnæi quoque erant τρὶς νεωκόροι, nempe, primum sub Tiberio; secundo, sub Hadriano, gratia per Antonium Polemonem civem et legatum eorum collata; tertio, sub Caracalla.

Pergameni hic nuncupantur δὶς νεωκόροι, et hoc propter templa dicata et Augusto et Trajano. Sed et erant τρὶς νεωκόροι, Neocoriam condonante M. Aurelio, in gratiam Æsculapii. Quartam præterea memorat Vaillantus, nempe a Caracalla concessam, cum ad bellum Parthicum properans Pergamum invisit.

Adeat quæstionis hujusce studiosus Recensum in op. laud. Civitatum, quæ Neocoriam adeptæ fuerant, ex Nummis conflatum.

XX. Π. b.

...ΛΙΟΝΑΙΛΙΟΝΤΡΑΙΑΔΡ....
..ΥΠΑΤΟΝΠΕΡΓΑΜΗΝΟΝ
ΚΑΙΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΝΕΡΟΥΑ
ΤΡΑΙΑΝΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥΔΑΚΙΚΟΥΣΥΡΙΑ.
ΦΟΙΝΙΚΗΣΚΟΜΜΑΓΗΝΗΣΣΕΒ..
ΤΟΥΝΕΡΟΥΑΥΙΩΝΟΝΦΡΑΤΡΙΕ.
..ΡΟΥΑΔΗΜ.ΑΝΤΙΟΧΕΩΝΤΩΝΕ.
.ΩΧΡΥΣΟΡΟΑΤΩΝΠΡΟΤΕΡΟΝ
..ΡΓΑΜΗΝΩΝΗΒΟΥΛΗΚΑΙΟΔΗΜΟΣ
.ΙΑΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΔΙΟΝΥΣΙΟΥ. .. .
.ΥΚΑΙΜΑΛΧΙΩΝΟΣΚΑΙΚΕΦΑΛ..
.ΣΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥΚΑΙΔΙΟΝΥΣ...
..ΜΗΤΡΙΟΥΤΟΥΑΜΥΝΤΟΥ.........

πόπλιον αἴλιον τραϊανὸν ἀδριανὸν,
ἀνθύπατον περγαμηνὸν,

VARIÆ LECTIONES.

(1.) Tabula marmorea, ex basi, ni fallor, simulacri in honorem Hadriani a senatu et populo Pergamenorum positi excisa. Erat a me reperta in pariete domus Græci cujusdam, et pæne tota inter rudera pavimenti obruta, proinde multum attrectatione usuque detrita: præsertim in ll. 1. 2. 8. 9. 11. ult. Priora descripsi ..ΙΛΟΝΙΟΥΛΙΟΝΤΟΥΑΔΡ..... cuncta, clausula excepta, mendose.

καὶ ἀντιστράτηγον
αὐτοκράτορος νερούα
τραϊανοῦ, καίσαρος, σεβαστοῦ,
γερμανικοῦ, δακικοῦ, συρίας
φοινίκης, κομμαγηνῆς· σεβαστοῦ,
θεοῦ, νερούα υἱωνόν· φρατριέα

VARIÆ LECTIONES.

Erant TPA et TPAI in siglis contractiones solennes. Eckh. vi. p. 475.—(7.) 21^a et seqq. erant in marmore obscuriores. Conjeci notissima, DIVVS AVGVSTVS. —(8.) Apogr. ΜΟΥΙΡΑΕΠΟΥΛΩΝΟΥΜΦΡΑΤΡΕ.. Dedi quæ ex indiciis

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

3. Ἀντιστράτηγον. *Proprætorem: Legatum prætoris.* Ceterum optime hoc congruit cum Hist. Dion. LXVIII. 33. Τραϊανὸς δὲ ..... αὐτὸς μὲν ἐς τὴν ἰταλίαν ὥρμησε πλεῖν, Πόπλιον δὲ Αἴλιον Ἁδριανὸν ἐν τῇ Συρίᾳ κατέλιπε μετὰ τοῦ στρατοῦ. Comp. LXIX. 2. init.

De officio Antistrategorum, et quatenus differebant Anthypatis, conf. not. ad XXI. 3.

6. Γερμανικοῦ. Conf. Plin. *Panegyr.* XIV. 1. *Nonne incunabula hæc tibi, Cæsar, et rudimenta, quum puer admodum Parthica lauro gloriam patris augeres, nomenque Germanici jam tum mererere, quum ferociam superbiamque barbarorum ex proximo auditus magno terrore cohiberes?*

Tit. Δακικὸν memorat Dio de triumpho Imperatoris agens; Τραϊανὸς δὲ τά τε νικητήρια ἤγαγε, καὶ Δακικὸς ἐπωνομάσθη. *Hist.* LXVIII. 10.

Habemus hic συρίας φοινίκης, quum alibi sit obvium συροφοινίκη. Sic et συροφοίνισσα in *S. Marc.* VII. 26.

8. Υἱωνόν. Documentum insignius sane hæc epigraphe, lectionibus quas in hac parte dedi receptis, et cum nummo Belleyano (Eckhel. vi. p. 473.) comparandum. Prædicatur Hadrianus et filius Trajani (nempe per adoptionem), neposque Nervæ. Concidere ergo videtur fides Dioni, qui diserte negat adoptionem Hadriani; contra vero, illum factum fuisse Imperatorem studiis Attiani et Plotinæ, quæ et mortem Trajani celavit donec per urbem rumor adoptionis permearet, et literis ad senatum ipsa subscripsit. *Hist.* LXIX. 1.

Hisce consimilia sunt quæ tradit Spartianus, *Hadr.* IV. *Nec desunt qui factione Plotinæ, mortuo jam Trajano,*

. . ρούα· δήμ. ἀντιοχέων τῶν ἐν
τῷ χρυσοῤῥοάτων πρότερον,

VARIÆ LECTIONES.

mihi visa sunt, marmor inspicienti, probabiliora: sed de Epulonibus Arvalibus sunt qui ex schedis Smithianis cogitabunt. Hanc materiam fusius in *Auctario* tractavi, pp. 191. ss.—(9.) 5ª ss. in apogr. ΛΕΜ. Possis quoque lectt. alias plures

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Hadrianum in adoptionem ascitum esse prodiderint, supposito qui pro Trajano fessa voce loqueretur.

Quinam nempe prodiderunt? Insignior inter eos Apronianus, Dionis pater, et qui Ciliciæ præfuit. Dio. *ubi supr.*

Hanc rem fusius tractavit eruditissimus Dodwellus in *Prælect.* XVI. pp. 506. ss. qui Dionis (vel potius Aproniani) testimonium respuit, quippe a domesticis rationibus improbatum, et quia, post mortem Suræ, amico ejus et familiari adoptionem pollicitus fuerat Trajanus *per sponsionem*. Nec vim deesse argumento ex consulatu, quem Plotinæ favore gessit, neque Plotinæ ipsi existimationem et fidem, quæ feminæ sanctissimæ laudes meruit, quæ in decus et gloriam mariti cessit, cujus nulla vitæ pars erat honestatis expers: eam, quum talis fuerit, fraudes tentasse prorsus incredibile esse. Cp. Plin. *Epist.* IX. 28. 1.; *Panegyr.* LXXXIII. 5.; Dio. *Hist.* LXVIII. 5.

Sed pergit Dio: ταῖς ἐπιστολαῖς οὐκ αὐτὸς, ἀλλ' ἡ Πλωτίνα ὑπέγραφεν. Respondet Dodwellus, nil opus fuisse, tantum vero obsignationis testamenti, quod jamdudum fecerat Trajanus; hoc fretam conjugem literis ejus ad Senatum nomen suum subscripsisse.

Hisce accedit, quod Apronianus, ab urbe remotus, rebus ipsis non interfuit, et proinde vix pro idoneo teste habendus videtur.

Quæstionem attigit, at levissime, Gibbonus, *Hist.* Cap. III. p. 89. Attigi et ipse in commentario supra memorato in Præfat. p. 10.

Ibid. Φράτριζα. In Enchirid. Passovii φρατριεὺς = φράτωρ, *wie* φρατήρ, *Mitglied einer* φράτρα. *Curialis, Tribulis.* 2. *bey Dion. Hal. der Röm. Curio.*

Certe videtur *officium sacerdotale* hic innui. At in Dionysio, *Antiq. Rom.* II. 7., appellantur *curiones* φρατρίαρχοι et λοχαγοὶ, *curiales* vero φρατριεῖς, in c. 64.

Audiendus Pitiscus, *Lexic. Anti*[q]. *Rom.* I. p. 612. *Curiales, sive Decuriones, in unaquaque urbe erant civitatis principes, et quasi senatores.* E

περγαμηνῶν ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος,
διὰ ἀπολλωνίου διονυσίου . , ...
ου, καὶ μαλχίωνος, καὶ κεφαλ . .

VARIÆ LECTIONES.

eruere ΣΕΒ, ΔΕΜ, vel, quod prætulerim, ΕΠΙ. Hinc conjiciendus est Hadrianus munus sacerdotale apud Antiochenses obiisse. 20ª in apogr. Γ. Constructio est, ἀντ. τῶν ἐν τῷ (χώρῳ? usitatius χώρᾳ) χρυσορρoάτων. At quinam hi Antiochenses Chrysorrhoatæ? Eparchiæ Oronteæ, vel Commagenes? Vid. Nott.—(11.) 1ª ss. apogr. ΡΑΣΗΝΩΝ, nullo sensu.—(13.) 17ª ss. Nomen pro-

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

ex Isidoro, IX. 4. et aliis confirmat. Dein; *Curiones erant curatores sacrorum; eorumque Princeps erat Curio Maximus, quemadmodum in collegio Pontificum is Maximus dicitur qui præest:* Ibid. p. 613.

Fortasse Curionis Maximi officium, imperante Nerva, gesserat Hadrianus: vel si respicitur Antiocheia, in hac urbe fuerat Decurio. Nihil certius affirmaverim in loco adeo injuriam passo.

9. Δήμαρχον. Sic in Spartiano, *Hadr.* XIX., *apud Neapolin demarchus .....fuit.* Vid. p. 9. C. in Edit. Salmas. Ceterum de quonam tribunatu hic agitur? Militari? Hoc munus exercuisse conjiciendus est Hadrianus Trajano apud Antiochenses commorante: Dio. LXVIII. 18. ss. postmodum vero, quum Imperator morbo implicitus ad Italiam navigaturus erat, factum fuisse ἀντιστράτηγον (nempe in an. U. C. 870., P. C. 117.), ex eodem constat, c. 33. Πόπλιον δὲ Αἴλιον Ἁδριανὸν ἐν τῇ συρίᾳ κατέλιπε μετὰ τοῦ στρατοῦ. Comp. LXIX. 2.

Hæreo autem in iis quæ hic dicuntur de Antiochensibus. In Syria sine dubio quærendi sunt, vel circumcirca. Erant nempe, ἐπὶ δάφνῃ, vel ad Orontem: Strab. XVI. p. 1064. Falcon.: *Edessa,* dicta et Antiocheia τῶν ὀσροηνῶν, Plin. v. 21. 1.; Vaillant, *Hist. Reg. Syr.* p. 199. (hinc *Rhoas* et *Rhoa* a Nigro in Stephan. *Dict.* p. 421. appellata): *Nisibis,* quæ et Antiocheia Mygdonia, Plin. VI. 16. 2.: *Gadara,* in regione Decapolitana, quæ et Antiocheia, secundum Berkelium. Erat quoque in Commagene Antiocheia ἡ πρὸς ταύρῳ, memorata, ut videtur, in Plin. v. 21. 1.; Ptolem. v. 15. Denique Antiocheia ἡ ὑπὸ τῷ λιβάνῳ ὄρει, ab Appiano celebrata in *Lib. de reb. Syr.* LVII. p. 76. Tauchn.

Hæc (nisi Oronteam intelligamus),

ος ἀρτεμιδώρου, καὶ διονυσίου
δημητρίου τοῦ ἀμύντου . . . .

VARIÆ LECTIONES.

prium vel **κεφαλεὺς** vel **κεφαλὼν**, indicatur. Hoc memorat Dionys. Halic. I. sc. auctoris **τῶν τρωϊκῶν**, qui erat Gergythius, Strab. XIII. 1.—(15.) 1ª ss. in apogr. ΜΗΤΝΟ. Probatiora dedi. In clausula vel decreti vel epigraphes conjiciendum **ἐτίμησαν**, aut quid simile.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

optime convenit appellationi **ἐν τῷ τῶν χρυσοῤῥοάτων**, nam Chrysorrhoas, flumen notissimum, alluit Damascum, unde et incolæ regionis, ut verosimile est, Chrysorrhoatæ dicti sunt. Libano quoque subjecta est regio.

Ant. Oronteam, sive **ἐπὶ δάφνῃ**, spectat tenor historicus in Dione, Spartianoque. Sed scrupulum injicit illud de Chrysorrhoatis dictum. Urbs certe erat illustris: Romanarum rerum in Syria caput: ubi Prætores conveniebant, Proconsules, Imperatores: hinc **ἐξόχως** dicta **Ἀντιοχεία τῆς Συρίας** a S. Ignatio in *Epistola ad Smyrnæos*, XI. Fortasse quis dixerit quoque ad eam pertinuisse appellationem ex regione Damascena inditam, idque secundum cursum Orontis, cujus fontes in Libano siti ad terram Chrysorrhoatarum deorsum vergunt.

Hanc inter et Edessam (Ant. Osrhoën.) judicet Lector eruditus; capiatque argumentum ex illo quod Spartianus de priore memorat, nempe *Antiochenses odio habuisse Hadrianum*. Insigne equidem documentum eum aliquando magistratum ibi exercuisse! Vid. Casaub. in loc. p. 7. v. 13.

Ceteros Chrysorrhoatas (si qui fuerint) missos facio, utpote ad rem nihil pertinentes: nempe, apud Pactolum, Plin. V. 30. 1.; Gendon, *ibid.* 43. 1.; Amnem Ponti, in VI. 4. 6. etc.

XXI. Π. c.

ΜΙΟΥΛΙΟΝΜΑΙΟΡΑ
ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΝ
ΤΑΜΙΑΝΚΑΙΑΝ
ΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ
ΚΑΙΑΓΟΡΑΝΟΜΟΝ
ΡΩΜΑΙΩΝ

ΕΥΣΧΗΜΩΝ
ΚΑΙΠΥΡΣΟΣ

XXII. Π. d.

....
VICE▵T...............
FLAMEN▵.......
T▵MORS▵FVIT▵
....

μ. ἰούλιον μαίορα
μαξιμιανὸν,
ταμίαν καὶ ἀν-

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. **Μαίορα.** Cognomen hoc inusitatius; contra *μάγνος*, *μάξιμος* (ex. c. Herodian. VII. 1. 10.), illud Corneliorum, Pompeiorum, etc. hoc Fabiorum, Claudiorum, Fulviorum. Vid. Schott. in Rosin. Antiqq. pp. 927. sq. **Μαιορῖνος** quoque seu *μαιοριανός*, nomen imperatorium, in Procop. *B. V.* I. 7.

3. **Ταμίαν.** Sermo est de viro dignitatis haud spernendæ, qui munera exercuerat quæstoria, prætoria, ædilitia. Attigi quæstionem de proprætoribus (*ἀντιστρατήγοις*) in XX. 3. supr. Consulendus est cum fructu Dio. *Hist.* LIII. 13.

Erant hi magistratus *ἑξαπελέκεις*, auctoritatemque militarem sortiti, quod nomen ipsum, quippe a democratia Atheniensium translatum, satis indicat. Proconsules (*ἀνθύπατοι*) contra erant paci propinquiores, vel, ut Cassius in loc. supr. cit., *εἰρηνικώτεροι*.

Proprætores memorantur in Cic.

. *τιστράτηγον*
καὶ ἀγορανόμον
ῥωμαίων.

εὐσχήμων
καὶ πυρσός.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Epist. ad Divv. VIII. 8.; *Orat de Prov. Cons.* VII., et in *Verrinis,* II. 3. 91., unde liquet designationes aliquando invicem confundi.

Utriusque dignitatis meminit Strabo in XVII. 3. sq. fin., necnon Suetonius in *August.* XLVII., memorans nempe politiam Imperatoris, qui provincias validiores ipsi suscipiendas reservaverat, ceteris Senatui permissis. His Proconsules, illis Proprætores statuti. Hinc ortam notes designationem provinciarum Senatoriarum, sive Popularium, quod tamen neutiquam stabile manebat, ut ex loc. Sueton. collato cum Dionis LIII. 12. constat.

Notabile est præterea officium proconsulare fuisse annuum: Apul. *Florid.* p. 123. Bipont.: proprætorum vero ex nutu Principis pependisse. Hinc Stat. in *Silv.* I. 4. 92. s.; V. 2. 56. s.

5. Ἀγορανόμον, *ædilem.* Versio Græca ex Atheniensium politia desumitur, ut et ταμίας, στρατηγός.

Cp. Aristoph. *Acharn.* 723.

Ἀγορανόμους δὲ τῆς ἀγορᾶς καθίσταμαι
Τρεῖς τοὺς λαχόντας * * *

Sic de Antiocho Epiphane Athenæus in V. 21. e. Vocem integram mutuam sumpsit Plautus in *Captiv.* I. 2. 44. et cum aliis Græcis in *Curcul.* II. 3. 6.

Nec strategus, nec tyrannus quisquam, nec agoranomus,
Nec demarchus, nec comarchus * * * *

7. Εὐσχήμων. Vox, ut et πυρσός, ad habitum, formam, corporis spectat: nempe, *decora specie, rubeo colore.* Ex. c. εὐσχήμων in Xenoph. *R. Equestr.* I. 17., *formæ speciosæ.*

Obvia ut plurimum designatio est in sensu translatitio, ut in Eurip. *Med.* 584. *Hippol.* 492. Demosth. *Orat. Funebr.* init.

Πυρσὸς est Dorice dictum pro πυῤῥός. Sed comp. *Phœniss.* 32. πυρσαῖς γένυσιν (quibuscum facile consentit nostrum) et Mosch. *Idyll.* II. 70. Alibi πυῤῥός, ut in Herod. III. 139. Nec desunt exempla in sacris (LXX.), viz. *Numer.* XIX. 2. (Symmach.) *Isai.* I. 18.; Cp. Apocal. VI. 4., XII. 3.

VARIÆ LECTIONES.

Ex Titulo XXII. adeo barbariem passo, vix aliquem fructum perceperis. Erat funebris; Flaminis, si conjecerim, templi cujusdam in arce Pergamena.

Restitui FVIT in vers. 3. rectius fortasse FVNCTVS, nempe *munere sacerdotali*. Extiterat quoque in siglario Romano FV pro FILIVS, FVNDVS. At in notitia claudicante quid pro certo constituendum?

XXIII. Π. e.

ΑΡΧΙΤΕΚΤΩΝ ΒΡΠϚ
ΘΙΟΙΣ Α·Ι·ΤΕΧΝΕΙΤΑΙΣΙΕΡΟΙΣ
ΙΝΕΙΚΟΔΗΜΟΣΑΓΑΘΟΣΑΜΑΔΗΟΚΑΙ
ΝΕΙΚΩΝΕΟΣ ΒΡΠϚ
ΗΣΦΑΛΙΣΑΤΟΚΑΙΚΟΣΜΗΣΕΑΠΑΣΙ
ΑΓΟΡΑΝΟΜΙΟΝΠΕΡΙΠΑΤΟΝΙ·ΔΙΗΦΙΛΟΤΕΙΜΙΗΙ
ΕΝΒΙΩΔΕΚΑΛΟΝΕΡΓΟΝΕΝΜΟΝΟΝΕΥΠΟΙ·Η·Α ΒΡΠϚ

ἀρχιτέκτων *,βρ´π´ϛ´*
θείοις ἀεὶ, τεχνίταις ἱεροῖς,
ῑ. νικόδημος, ἀγαθὸς ἅμα δὴ, ὁ καὶ

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. Ἀρχιτέκτων. Virum optimum crediderim fuisse operum publicorum designatorem, moderatoremque, sicut apud Athenienses. Vid. Demosthen. *Orat. de Corona*, 234. 22. ἢ θέαν μὴ καταvεῖμαι τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτοῖς κελεῦσαι;

Sensus proprius obv. in *Epist. ad Corinth.* I. 3. 10. in Apocryph. *Maccab.* II. 2. 29.

2. Θείοις. Hoc in monumento ΘΙΟΙΣ, quod vix intelligo, nisi a scopo aberrasse lapicidam conjeceris. An θεοῖς? An, quod scripsi in explicatione, θείοις? Prius vix tenendum duco, nam Christianum fuisse Architectum persuasum habeo.

Putaverim sermonem esse de sacerdotibus, qui ἱεροὶ τεχνῖται, ut in loquela archaica magisque culta διονυσιακοὶ τεχνῖται, et simpliciter τεχνῖται rei gymnasticæ periti, ceterarumque artium, in *Orat. de Fals. Legat.* 401. 14. Hisce censendus est jure eminentissimo addixisse operis memorati in seqq. usum fructumque.

3. Νικόδημος. Nomen celebre! Quod præit erat fortasse prænomen, ex. c. Ἰούλιος, vel nota numeralis, δέκα, nempe τεχνίταις ἱεροῖς. Sequi-

νικώνεος, ͵βρ'π'ς'
ἠσφαλίσατο καὶ ἐκόσμησεν ἅπασι
ἀγορανόμιον περίπατον ἰδίῃ φιλοτιμίῃ.
ἐν βίῳ δὲ καλὸν ἔργον ἓν μόνον εὐποιΐα. ͵βρ'π'ς'

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

tur vero Νικώνεος, de quo pronuntiare vix audeo, nisi paronomastice dictum putes cum altero, ut adeo qui *victor populi*, sit et *juvenum*, in operibus nempe et sumptu.

Hoc certe elegantiæ Byzantinæ neutiquam abhorret; immo convenit. Nomine tenus ὁ εὐεργέτης erat Nicodemus, ob virtutem vero et liberalitatem ampliora meritus, Niconeus, id est, ardorem plusquam juvenilem sortitus.

Quid sibi velit illud ΑΜΑΔΗΟ minime compertum habeo. Atqui resolutionem tentavi, *victor populi simul et juventutis*.

5. Ἠσφαλίσατο. *Munivit, tutum reddidit*. Hoc Græcum satis, ut ex Diodoro liquet, XVIII. 52. τὰς πόλεις ἀσφαλισάμενος μέρος τῆς δυνάμεως ἐξέπεμψε. Cp. XX. 37. p. 90.

Sequitur κόσμησε, quod et Atticum est: cp. *Orat. adv. Androtion*. 597. 10. πάντα ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἱερὰ (sc. Parthenonem, Propylæa, etc.) κοσμήσαντες. q. l. comp. *Orat. Funebr*. 1393. 3.

Sapit τὴν Ἰάδα augmentum prætermissum, nisi et hoc lapicidæ culpam putes. Ionica certe sunt ἰδίῃ φιλοτιμίῃ in v. 6.

6. Ἀγορανόμιον περίπατον. *Ambulacrum ædilitium*. De Agoranomis vid. Inscr. XXI. 5. Περίπατος, vox nota, vel ex sacris: ex. c. Ezek. (LXX.) XLII. 4. 11. 12. Zechar. (Symmach.) XIV. 20. περίπατος σύσκιος. Usus (ut obiter notem) inter profanos latius patet, nempe ad designandos Aristotelicos: exx. Athen. *Deipnosoph*. V. 53. f. Lucian. *Icaromenipp*. 21.

De ambulacris (quæ in Cic. *Ad Quint*. III. 1. *Lib. De Orat*. I. 7. *ambulationes*) comp. Gell. *Noct. Attic*. I. 2. Plaut. *Mostell*. III. 2. 69. Pergamenum erat procul dubio foro vicinum, ubi convenire solitum erat et magistratibus et civibus.

Hæc excipiunt ἰδίῃ φιλοτιμίῃ, *erogatione facta ex pecunia familiari*. Sensus et hic atticismo convenit: ex. c. *Orat. de Coron*. 312. 26. μηδεμιᾶς φιλοτιμίας, μήτε ἰδίας μήτε δημοσίας, ἀπολείπεσθαι. Vid. Supr. XI. 8. et conf. loc. cum *Orat. Adv. Midiam*, 566. 7., 567. 8.

7. Ἐν βίῳ. En versum (si diis placet!) Trochaicum. Tribrachyn ornare sextam sedem fortasse intelligendum est.

XXIV. Π. f.

ΔΙΑΓΑΠΗΣΑΙΛΙΗΝΩΜΗ ΑΥΞΑ
ΑΙΛ·ΙΣΙΔΟΤΟΣΟΠΡΑΟΣΙΔΙΑΙ ΑΥΞΑ
ΓΕΩΜΕΤΡΗΣ ΑΥΞΑ
ΙΔΙΗΔΕΙΣΗΚΑΛΗΜΕΤΡΙΟΤΗΤΙ ΑΥΞΑ
ΕΤΕΙΜΗΘΗΤΗΙΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΙ ΑΥΞΑ

δι' ἀγάπης, αἰλίῃ νώμῃ *͵αὐξ ά*
αἰλ. ἰσίδοτος, ὁ πρᾶος ἰδίᾳ *͵αὐξ ά*
γεωμέτρης, *͵αὐξ ά*
ἰδίῃ δὲ ἴσῃ καλῇ μετριότητι, *͵αὐξ ά*
ἐτιμήθη, τῇ δικαιοσύνῃ. *͵αὐξ ά*

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. **Αἰλίῃ Νώμῃ.** Nomina conditricis (nam epigraphe fuerat sepulcralis, credo, insculpta monumento) erant magna pars deleta. Scribenda forsan **Αἰλίης Νώμης**, at eodem sensus recidit. Si arrideat magis quod posui, constructio est cum **ἐτιμήθη** in v. 5.


5. **'Ετιμήθη δικ.** Quid de hisce dicendum? An, *jure honorem consecutus est?* Vel, si cum mansuetudine Isidoti, et moderatio ejus et justitia prædicantur, accipiendum **ἐτιμήθη**, ut **ἐκοσμήθη**, reor.

Sed in nugis sermonis semibarbari tempus non terendum est. Mireris elegantiam Byzantiacam! Erat Isidotus geometra: nomen præbet **ἴσην**, ars **μετριότητα**, ad conflandas viri eximii laudes.

Quod ad ordines literarum dextrorsum positos attinet, definiuntur, credo, tempora; in XXIII. secundum normam antiquam, per Urbem conditam; in sepulcrali, per Christum natum. Inscriptionem Nicodemi ideo in A. D. 1433 positam existimo, hoc est, duodetriginta annos ante monumentum Isidoti confectum. Hæc computum ineunti patebunt. Nam ΒΡΠϛ' = 2186, ΑΥΞΑ = 1461. et A. D. 1 = 753 U. C.

Ordines literarum numeralium, consimili modo dispositos, observavi in cœmeterio S. Theodori saxis sepulcralibus insculptos, uni præsertim notabiliori quod in lateris recessu orientem versus conspicitur.

XXV. II. g.



πανιέρθακὸ καλιεργίθα   Ic Xc   *ὁ θεῖος καὶ πάνσεπτος ναὸς τῶν*
ἁγίων καὶ ἐνδόξων μεγαλομαρτύρων   *θεοδώρου τιρῶνος καὶ στρατηλάτου* .

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. Ὁ *σταυρός*, sigillum venerandum, more solenni præponitur. Dein vocum truncatarum series obvia est, quarum sensus facile expeditur, nempe, *sacrosancta sedes*, *præclarum opus*. Hæc, nisi probabiliora conjecerit lector, *πανίερος θᾶκος, καλὰ ἱερὰ ἀγαθά*, sc. *ἔργα*, fere ut in classicorum sermone, *καλὰ κἀγαθὰ ἔργα*, Xenoph. *Instit. Cyr.* I. 5. 11. ubi conf. Aristoph. *Nub.* 795. Thucyd. IV. 40.

Hæc excipiunt *ὁ θεῖος καὶ πάνσεπτος*. Descripseram ipse *ἐπίσεπτος*, dedit vero *πάνσεπτος* Œkonómos *ὁ πρωτοπαπᾶς* in cujus domo commorabar. Certe vox est bonæ notæ, sicut *πάνσεμνος*, at ductus literarum meam comprobant magis.

2. *Μεγαλομαρτύρων*. "Græci viros martyres plerumque vocabant *μεγαλομάρτυρας*, ut feminas *καλλιμάρτυρας*." Suicer. *Thesaur. Ecclesiast.* II. 323. Theodorus præsertim hic memoratur, de quo comp. Constit. Manuel. Comnen. ibid. *τὸν μεγαλομάρτυρα στρατηλάτην Θεόδωρον*. Erat nempe *Dux militaris*, cui *ἐξόχως* et nominatim dicatæ fuerant ædes. Sic Procopio, in Codini *Origg. Constantinopol.* p. 126. *ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Προκοπίου ...... στήλη ἵσταται.*

3. *Διὰ ἐξόδου*. Verterim, *per erogationem*. At quid vult *σεινδρομῆς*, quod primum posui, vel *σεινδρομητῆς*, sicut refinxi hospiti Œkonómo obsequutus? Obvia erant in sermone ve-

διὰ ἐξόδου σεινδρομητῆς *νί κα* *ἀργυροῦ ἱερέως . . δου καὶ πρεσβυτέρου*
ἔτ. ,αξνγ' νουεμβρ. γ' *ἐν περγάμῳ.*

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

tusto **συνδρομὴ**, **σύνδρομος**, non ita, credo, **συνδρομητός**.

Atqui hoc levioris momenti est, nam sensus manifestum se prodit, *erogatione facta æris collatitii*, posito quod **συνδρομὴ** inter recentiores antiquiori **εἰσφορᾷ** respondebat.

Notandum est porro de scribendi modo, consimili sono efferri a Græcis iotacizantibus **υ** et **ει**, hinc probabile esse lapicidam vel incuriosum vel rudem in errorem incidisse.

Ibid. Ἀργυροῦ. Rectius **Ἀργύρου**, vel in lingua qualis nunc effertur. In monumento extat **περισπωμένως**.

Quid post **ἱερέως** venit? fateor me ignorare, nec peritior fuit bonus hospes. Dixit tantummodo nomen Sacerdotis indicari, sed notam, sive symbolum fuerit sive litera, explicare non potuit. Certe non multum a forma antiquiore **τοῦ Σ** abludit, qualem in epigraphis Atheniensibus sæpissime conspexi.

4. **Ἔτ.** h. e. **ἔτους, ἐν ἔτει.** At quis annus? Dixit **ὁ πρωτοπαπᾶς αξνγ**, et fuisse 1653 P. C. Hoc neutiquam cum ratione notarum, qualis communiter innotescit, conspirat. Admisi tamen **ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ**, viro amicissimo obsequutus. Restant consideranda **σ', φ', χ'**, quorum secundum prætulerim.

SMYRNA.

Turc. IZMÎR.

Perhibetur origo Smyrnæorum ex fonte Æolico; urbs vero Ionica, per insidias nempe a Colophoniis occupata. Nomen somniant deductum ab Amazone, uxore Thesei, quæ nempe *σμύρνα* vel *σάμορνα* fuit, vel etiam *ζμύρνα* innuente Luciano. Necnon in nummis, ΖΜΥΡΝΑ. Natalem fuisse Homeri (rem vere historicam!), miro consensu testantur auctores: hinc ortum *μελησιγενέα*. Herod. I. 149. s.; Pausan. VII. 5. 1. 6.; *Vita* (*Pseudoherod.*) *Hom.* I. ss.; Paterc. I. 4. 4.; Plutarch. *De Poes. Hom.* 2.; Solin. *Polyhist.* XL. 15. 16. Ex poetis, infinito fere numero, Tibull. IV. 1. 201.; Sil. VIII. 593. s.; Lucan. IX. 983. ss.; Stat. *Silv.* II. 7. 34.; Claudian. XXIX. 147.; De orthographia, cp. Lucian. *Jud. Vocal.* 9.; Spanhem. *De usu etc. numism. Antiq.* vol. i. p. 116.

Imperium Alyatticum memorat Herodotus, I. 16. Cessit deinceps, ut notum, Persis, Macedonibus, Romanis.

Durante imperio Macedonico insigne fœdus memoratur Smyrnæorum et Magnetum, partibus Callinici studentium: hoc innuere videtur Justinus, XXVII. 2. Demonstrat Prideaux ex marmore Oxoniensi insigni. Vid. p. 4. Hoc anno A. C. 244. factum.

C. Trebonius, Proconsul, in Smyrna commoratus, per dolum a P. Corn. Dolabella, qui Syriam nactus erat per favorem Antonii, occiditur. Paterc. II. 69.; Appian. B. C. III. 26.; Dio. XLVII. 29.; Cic. *Philipp.* XI. Anno A. C. 42.

Laudatur constantia Smyrnæorum in fide et amicitia cum Romanis. Exemplum memoratur fœdus, cui se adjungebant et Lampsaci et Alexandriæ Troadis cives, contra Antiochum. Ob hanc rem et laudes a Senatu consecuti sunt, agrorumque donationem. Fit et mentio defectionis Smyrnæorum a partibus Mithridatis, adsciscentibus sese Sardianis, Colophoniis etc. Romanos ergo benevolos semper experti sunt Smyrnæi, ut in contentione de jure asylorum, regnante Tiberio; de templo Imperatori exstruendo, unde titulus *νεωκόρος*. Hinc

quoque liberalitas Marci Aurelii in urbe reficienda, opibus per motum terræ accisis, P. C. 177. Vid. Liv. xxxiii. 38., xxxv. 42., xxxvii. 35. 54.; Polyb. xviii. 35., xxii. 5.; Liv. xxxviii. 39.; Suppl. Freinshem. xcii. 47.; Tacit. Ann. iii. 63., iv. 56.; Aristid. *Orat.* xx.

Templa apud Smyrnæos præcipue memorantur; Metroum, sive Cybeles; Æsculapii; deæ Romæ, quod exstructum vel florente Carthagine fuerat: Tiberii etc. Plin. xvi. 50. 2., xiv. 6. 2.; Pausan. vii. 5. 4.; Tacit. *Ann.* iv. 56. Innuitur et a Plinio artium bonarum studium: xxxvi. 4. 20.

Instar omnium civium numero eminet illustris ille Polycarpus, ad sacra inauguratus, ut perhibet Tertullianus in libro *de Præscript. Hæret.* 32., a S. Joanne; Angelus ecclesiæ Smyrnæorum in Apocalypsi; martyrii honorem consecutus cum Germanico, regnante vel Aurelio vel Pio, h. e. P. C. 169 vel 148. Illud tenet Euseb. *Hist. Eccles.* iv. 15.

Locum ubi scelus consummatum est sæpissime adii, in hac regione commoratus et ministerium sacrum exercens; amphitheatrum, quod urbi, ruderibus situque oppletum, imminet; voxque adhuc perlata ad aures visa monentis, objurgantis mores oppidanorum effrænatos, *σμυρναίους τρόπους*, non sicut antea senis in circo, sed angeli divinitus demissi. Vanæ belluarum minæ! inanis furor! Ubi nunc theatra, spectacula, fastus proconsularis, imperiosa libido, gymnasia, cœtus ad templa concursantium? Somniorum instar cuncta, conspectumque fugientia; sed fidei conculcatæ vestigia, dirisque devota civitas manet. Potuit vidisse Amasiensis Lydorum sedem, Antigono instauratam, pulchras inter pulcherrimam, fanum Cybeles, gymnasium, stratas vias, porticus quadrangulas, bibliothecam, Homereum; at quantillum restat! Barbari superbo gressu obambulant, sui honoris oblita Meles, auresque personat identidem mœstissimum illud, *σμυρναίους ἐλέησον*!

* * * * * * *

Paucissima ad schedarum exornationem in hac luce Ægæi reperi; quæ porro, maximam partem, misere truncata inveni, at describenda curavi, quippe non antea, credo, evulgata. Nec omisi Arundelli illud, *ὕμνον χαριστήριον*, quod in columnam incidi quidam voti compos effecerat. Descriptum habui ex templo Mohammedano in vico quem Turci dicunt Bûrnabât, extra urbem Septentrionem versus. Speravi equidem, arcem perlustrans, obvias fore quasdam reliquias templi Jovis Acræi in munimento a Joanne Duca extructo; sed frustra; cuncta præter Apollinis simulacrum et sarcophagum marmoreum, vestigia tantum epi-

grammatis prodentem, sublata: Apollinis dico, nam quod de Amazone conditrice finxerunt mera est hariolatio.

Quæ descripsi subjicio, sensumque quatenus extricare queo.

a. Fragmentum ex marmore quod inter exstruendum opifices in murum castelli S. Petri inferserunt. Viæ publicæ obvertitur. Sed quid innuit? Vel decretum conventus Smyrnæi (quem memorat Plinius, v. 31. 9.) vel legationis titulum, vel beneficii cujusdam publici monumentum existimaverim. Scriptura est bonæ ætatis. Ad res fortasse Callinici spectat, vel legationem Smyrnæorum clementer ab Attalo Pergameno (Polyb. *Hist.* v. 77.) acceptam, vel etiam cum Romanis commercium, florente Antiocho. Hæc attigi supra.

b. Exordium tituli, in quem nomina illorum relata erant qui aliquando portus hospitio usi. Hoc factum censeo ut debito ordine portoria exigerentur.

c. Inscriptio votiva in dei Meletis honorem columnæ insculpta. Donarium erat convalescentis.

d. Titulus sepulcralis ad normam usitatam breviorum compositus. Descripsi ex lapide ὑπερθύρῳ in vico Bûjáh circa quartum milliarium a Smyrna orientem versus sito.

e. Fragmentum lapidis ex delubro quodam ablati cui nomen vel ejus qui vovisse censendus est, vel architecti, Artemidorus, inscribitur. Jacet prope pontem mercatorium (*Karaván-Kiûprû*) Meleti impositum circa primum milliarium ab urbe.

f. Fragmentum marmoris in pariete ædium militarium, prope cœmeterium Hebræorum, repertum, cum titulo valde truncato.

g. Fragmentum tituli sepulcralis ex pariete diversorii Turcici (*Shahan-Khan*) in Smýrna descriptum.

h. Titulus ex tessellis conflatus, cujus exemplar dedi cum apographo conjunctum. Fragmentum erat pavimenti in regione *Chalka-bûnár* (cui et nomen *Balnea Dianæ* communiter attribuitur), effodiendo in lucem prolati.

i. Monumentum funebre ævi recentioris, in templo Mohammedano (antiquitus Christiano), ad radices montis Coracis, repertum.

XXVI. ΣΜ. a.

.... ΛΟΥΣΕΛΛ.......
ΑΡΤΗΝΔΗ......
..ΤΟΝΟΜΙΑΝ
.....ΙΑΦΡΟΥΡΗ
..ΝΠΑΤΡΙΟΝ
.ΑΡΑΚΑΛΟΥ....
.ΔΗΤΕΤΕΥΧΑ...
.ΙΕΙΤΕΠΑΡΕ .....
ΟΤΟΥΣΕΥΝΟΙ..
...ΑΣΣΥΝΕΡ...

. . . . *ἀγγέλους ἑλληνικοὺς*
. . . . . . *γὰρ τὴν δημοσίαν*

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. Ἀγγέλους. *Legatos*. Hoc dubitanter supplevi, nam usitatior vox erat **πρεσβεῖς**, vel etiam **πρεσβευτάς**. Audiendus vero Herodotus, I. 36. **ἀπικόμενοι παρὰ τὸν Κροῖσον τῶν Μυσῶν ἄγγελοι, ἔλεγον τάδε.** et 69. **ταῦτα δὴ ὦν πάντα πυνθανόμενος ὁ Κροῖσος ἔπεμπε ἐς Σπάρτην ἀγγέλους.**

Quænam fuerit hæc legatio quam difficile est ex indiciis tam levibus pronuntiare! Lucem fortasse inter plura afferunt quæ a Livio memorantur de legatione Smyrnæorum aliorumque, post bellum cum Antiocho confectum, ad Senatum. Smyrnæi erant inprimis comiter et benigne excepti. XXXVII. 54.

2. **Δημοσίαν**, sc. **χρείαν, τάξιν.** Sic, ex tenuibus sane indiciis, suppletam volui lacunam, rationem haberi opinatus eorum qui aberant legationis munera obeuntes. Cp. Demosth. ***Orat. contra Steph.*** I. 1102. 10. **ἀποδημοῦντος ἐμοῦ δημοσίᾳ τριηραρχοῦντος ὑμῖν**, videl. **ἐν**

. . . . . αὐτονομίαν
δημοσία φρούρησις
. . . . τὸν πάτριον
. . . . παρακαλούμενοι
. . . . . ἤδη τετεύχασιν
. . . . . οἱ εἶτε παρέδοσαν

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

χρείᾳ δημοσίᾳ, *in causa publica*, vel, *muneris publici ergo*.

3. Αὐτονομίαν. Nempe, jus, quod populo competit, propriis legibus utendi; conditionem civitatis quæ sui juris est; in genere, libertatem.

Abunde hoc illustrari potest ex scriptt. ex. c. Liv. xxxiii. 38. ubi dicuntur Smyrnæi et Lampsaceni libertatem (αὐτονομίαν) contra Antiochum usurpasse. Sic de liberis civitatibus Asiæ disserunt legati in xxxvii. 54., et in fine orationis exemplum Carthaginis citatur, quæ *libera erat cum suis legibus*.

Hinc designationes in Plin. v. 18. *Laodicea libera, Antiochia lib. Selucia lib.* etc. Sic quoque in nummis: exempl. c. in libr. Spanhem. p. 789. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ.

Conferendi sunt et Dio, liii. 12. sub fin. Strab. xvii. 3. p. 501. T. Plutarch. in *Cat. Maj.* xii. εὐπρεπῆ δὲ τοῦ πολέμου ποιησάμενος αἰτίαν, τοὺς Ἕλληνας ἐλευθεροῦν, μηδὲν δεομένους, ἀλλὰ καὶ ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους χάριτι ῥωμαίων.

Hisce consentanea sunt quæ in v. 5. apparuisse existimarim, nempe, νόμον τὸν πάτριον, jura, credo, civitatibus fœderatis (cp. Herodot. i. 143.) communia, vel in iisdem fundata.

8. Παρέδοσαν. Certissimum hoc existimaverim, sed de quibusnam dictum? Smyrnæis ipsis, sive Romanis, sive fœderatis illorum civitatibus per Asiam? Quid porro negotii innuitur? Deditio urbis, ut in Herodot. i. 143., vel officia εὐεργεσίας, in quibus se præbuerant ministros adjutoresque Smyrnæi? Dixerim, in genere, hæc omnia optime cum narrationibus et Livii et Polybii de amicitia et fide civium erga Romanos convenire.

Inprimis obvia est in Polybio, xxii. 5. 3. sq., narratio congruentiæ quid cum nostris præ se ferens: οὗτοι (sc. Smyrnæorum legati) δὲ πολλοὺς μὲν ἀπολογισμοὺς εἰσήνεγκαν περὶ τῆς αὐτῶν εὐνοίας καὶ προθυμίας ἣν παρέσχηνται ῥωμαίοις κατὰ τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον.

. . . . . . ὁ τοὺς εὐνοίας

. . . . ας συνεργοὺς

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

οὔσης δὲ περὶ αὐτῶν δόξης ὁμολογουμένης, διότι γεγόνασι πάντων ἐκτενέστατοι τῶν ἐπὶ τῆς ἀσίας αὐτονομουμένων, οὐκ ἀναγκαῖον ἡγούμεθα εἶναι τοὺς κατὰ μέρος ἐκτίθεσθαι λόγους.

Hæc cum Livianis cit. supr. consentiunt. Innatam equidem fateor suspicionem titulum nostrum esse fragmentum Decreti ad hanc ipsam legationem spectantis, et *ἀγγέλους ἑλληνικοὺς* esse qui se Romam contulerant ex civitatibus Asiaticis, post cladem Antiocho illatam, ad res componendas, nempe, Rhodiorum, Smyrnæorum, ceterorumque. Vid. c. 52. ss.

Quid vero statuendum est de vers. 4. *ἰδία* (vel *δημοσία*) *φρούρησις*, *διὰ φρουρήσεως* vel *φρουρήματος*, vel denique *διαφρουρῆσαι*? Certe nescio, nisi dixeris pertinere verba ad stipatores legatorum, vel in arce positum ad tuendam *αὐτονομίαν*, bello flagrante, præsidium.

De hoc titulo conjecturam dudum cepi ex amicitia quæ Callinico, Magnetibus Smyrnæisque intererat, in commentariolo antea in præfatis memorato. Percussum erat fœdus a civitatibus, ad propugnationem et defensionem majestatis Callinici regis Asiæ, cum quo conjunctum fuerat Decretum, cujus hæc sunt verba; *νομίζων δὲ* (nempe Pop. Smyrn.) *ἀναγκαῖον εἶναι τῇ πόλει παραλαβεῖν καὶ τὸ χώριον πάλαι-μαγνησίαν, καὶ ποιήσασθαι τὴν φυλακὴν δι' αὐτοῦ, κ. τ. λ.* Hæc sunt marmoris Oxoniens. edente Prideaux, p. 4. §§ 94. 95.

Anne hoc præsidium idem cum illo quod in nostris dicitur *φρούρησις*? Impositum nempe ditioni liberæ civitatis (cp. Strab. XIII. 3. p. 145.) quo tutior esset contra Euergetis violentiam regio.

Hactenus quæ titulus noster præbet fidei historicæ bene congruunt. At quid de *curta supellectile* in vers. 1. pronuntiandum est? Civitatum legati vix poterant eximie dici *ἑλληνικοὶ*, quum et ipsius Callinici imperium e Græcis fuerit. Sic et Attali, cujus commercium cum Smyrnæis memoratur in Polyb. *Histor.* v. 77.

Jejunus sane fructus ex hisce percipitur: nec uberior ex Pausaniacis, *Eliac. pr.* 8. 2., de Smyrnæis societati Ionicæ in ludorum celebratione attributis: quapropter in Romanis consistendum judicavi.

XXVII. ΣΜ. b.

ΗΝΕΩΚΟΡΟΣ
ΣΜΥΡΝΑΙΩΝΠΟΛΙΣ
ΤΑΟΝΟΜΑΤΑΤΩΝ
ΥΠΕΣΧΗΜΕΝΩΝ
ΚΑΙΣΥΝΕΙΣΕΝΕΝΚΑΝΤΩΝ
ΕΙΣΤΗΝΤΟΥΛΙΜΕΝΟΣ

. . . .

ἡ νεωκόρος
σμυρναίων πόλις
τὰ ὀνόματα τῶν
ὑπεσχημένων

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. **Νεωκόρος.** Nempe, regnante Tiberio. Postea duplicem, immo triplicem Neocoriam sortiti sunt Smyrnæi. Vid. Not. Supr. XIX. 10. et de Tituli ætate conjecturam capias.

4. **Ὑπεσχημένων.** Videlicet, illorum qui merces professi fuerant apud publicanos (τελώνας). Has in tabulis descripserunt, neque licuit efferre antequam portorium penderetur.

Illustrat hoc Plauti *Trinum.* IV. 4. 13. ss. *Jubeto sangarionem, quæ imperaverim, Curare, ut ecferantur; et tu ito simul: Solutum 'st portitori jam portorium.*

Quamobrem recte in v. seq. *συνεισ-*

καὶ συνεισενεγκάντων
εἰς τὴν τοῦ λιμένος
φυλακήν.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

ενεγκάντων, viz. in apothecam publicani, ut justa fieret professio.

Pœna omissæ professionis apud Romanos erat quod res cadebat in commissum ; Angl. *was forfeited to the treasury*. Vid. Marcian. Leg. XVI. c. 3. Burman. *De Vectigal. Diss.* V.

6. **Λιμένος**. Illustrat hoc Strabo in XIV. 1. p. 184. T. **ἔστι δὲ πρὸς τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ τῆς πόλεως καὶ λιμὴν κλειστός.**

Ad finem tituli supplevi **φυλακήν.** Alia plura suppetebant, nempe, **νεωρίδα** (obv. in Strabone pro **νεώριον**), **ἀποθήκην, μυχήν, κάταρσιν, κλεῖσιν** (cp. Thucyd. II. 94.), præstat vero quod elegi.

Lapis unde titulum desumpsi fuerat truncatus ut ædibus vel struendis vel reficiendis inserviret. Jacet in horto mercatoris cujusdam Armenii, in regione S. Catharinæ (**τῆς ἁγίας καταρίνας**) sito, locumque, ni fallor, designat ubi vectigalia portus Smyrnæi antiquitus exigebantur.

XXVIII. ΣΜ. c.

ΥΜΝΩΘΕΟΝ
ΜΕΛΗΤΑΠΟΤΑΜΟΝ
ΤΟΝΣΩΤΗΡΑΜΟΥ
ΠΑΝΤΟΣΔΕΛΟΙΜΟΥ
ΚΑΙΚΑΚΟΥ
ΠΕΠΑΥΜΕΝΟΥ

ὑμνῶ θεὸν μέλητα (ποταμὸν), τὸν σωτῆρά μου,

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. Ὑμνῶ. Formula nota, certique alicujus metri observationem indicans. Sic in *Epigr. Græc.* *Υμνείω παιᾶνα, μέγαν θεὸν, ἀπόλλωνα.* *Iph. Taur.* 1457. s. *ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ* Τολοιπὸν *ὑμνήσουσι ταυροπόλον θεάν.* Cp. *Herc. Fur.* 688.

Meles porro *θεὸς*, nempe *ἐπιχώριος*, ut in *Æneid.* VIII. 31. *Huic deus ipse loci Tiberinus, etc.* conjunctumque cum Æsculapio honorem vindicat, concesso quod Chishullus aliique posuerunt, nempe, columnam unde hæc habeo descripta ablatam fuisse ex templo ad Balnea Dianæ (Turcicè, *Chalka-bûnár*), ubi plurima monumenta pretiosa jampridem extitisse audio.

2. Ποταμόν. Extrusum velim. Extat, certe, ut monumentum inspicienti constabat, at crediderim pæne fuisse ab inscio quodam illatum ad ampliorem (si diis placeat!) designationem indigetis.

Ex stylo rhythmoque persuasum habeo auctorem metro consuluisse. Inprimis, præit *ὑμνῶ*. Dein *θεὸν* came-

παντὸς δὲ λοιμοῦ καὶ κακοῦ πεπαυμένου.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

nam redolet, ne dicam periodos metricas σωτῆρά μου .... πεπαυμένου. Tentavi ideo trimetros quales posui supra, omniaque, portento illo ποταμὸν sublato, convenire invenio.

Restabat vero inprimis scrupulus, idque in versu secundo, quem ex Arundelli *Itinerario*, II. p. 406., descripseram, cum metro ampliorem injuriam passo, ἐκ παντὸς λοιμοῦ. Oportebat igitur monumentum ipsum, columnam nempe in templo Mûhammedano apud vicum *Bûrnabât* existente, inspicere. Hoc facto, conjecturæ meæ fides statim accedebat, lectione sincera, παντὸς δὲ λοιμοῦ, patefacta.

Reliqua dictionem poeticam sapiunt. Σωτὴρ illud comparare possis cum Pind. *Pyth.* I. 109. Ἱέρωνι θεὸς ὀρθωτὴρ πέλοι, scil. ἰατὴρ, ὑγιείας αἴτιος. Dein πεπαυμένου, hoc est, μοῦ πεπαυμένου (ἐκ) παντὸς λοιμοῦ. Sic in *Troad.* 526. ἴτ', ὦ πεπαυμένοι πόνων. *Cresphont.* (I. 3. in edit. Beck.) τὸν δ' αὖ θανόντα, καὶ πόνων πεπαυμένον. Alias (ex. c. *Med.* 45. *Electr.* 1108.) adhibetur præpositio.

Primo conjeceram πεπαυμένος, *cessare factus*, *ereptus*, Arundellianis minime fretus; sed lapidem inspicienti constabat lectio quam dedi.

XXIX. ΣΜ. d.

ΠΩΛΛΑΤΕΤΤΗΙΑ
ΓΥΝΗΔΕΚΕΡΔΩΝΟΣ
ΧΡΗΣΤΗΧΑΙΡΕ

XXX. ΣΜ. e.

ΑΡΤЄΜΙΔωΡΟϹΔΙΟΓЄΝΟΥϹ

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. **Πώλλα.** Prænomen mulieris defunctæ notissimum vel ex Statio, *Silv.* II. 7. 62. s.

> Tu castæ titulum decusque Pollæ
> Jucunda dabis allocutione.

Erat nempe Polla Argentaria, conjux Lucani, eruditione a viro ipso spectata. Meminit quoque alterius, filiæ Pollii Felicis, quæ Menecratis uxor, in II. 2. 10., IV. 8. 14.

De Tetteïa vix operæ pretium foret disserere, Origo forsan *τέττα* in Iliad. δ, 412. Hinc profluxisse *τέττη*, *τέττηα*, et cum subscripto, *τέττῃα*. Blandiculi quiddam appellationi adfuisse suspicor.

De tituli ipsius colore monendum est eum ad eandem normam cum Philadelpheno VII. d. componi.

4. **'Αρτεμίδωρος.** Nomen hocce vel Architecti vel Conditoris templi fragmento zoophori insculptum. Non aliud erat inter Græcos, Asianos præsertim, Artemidis cultores, communius: ex. c. apud *Ephesios*, Diodor. III. 10. Athen. III. 76. d. *Cnidios*, Strab. XIV. 2. *Tarsenses*, ibid. XIV. 5. Alios memorant; Diodor. I. 28. 66., nempe auctorem Oneirocriticorum in temp. Antonini; Athenæus Artem. Aristophanium, in IV. 182. d. IX. 387. d. Plin. II. 112. 1. IV. 24. 4. viz. geographum.

XXXI. ΣΜ. f.

. . . ΝΕΣΤΡΑ
ΝΟΝΑΡΧΙΑ
ΤΩΝΔΕΚΑΝΕΙ
ΤΩΝΑΤΩ.ΟΘ

XXXII. ΣΜ. g.

.ΠΕϹΚΕΥΑϹΕΝΤωΝΓΟΝΕωΝ. . . .

. . . .

ἀγῶνες τραϊανεῖοι

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. Ἀγῶνες. Spectat titulus, ni fallor, ad ludos ab ipso Trajano editos, vel a provincialibus, in honorem magni Imperatoris, qui liberalitate sua et beneficiis civitates adeo devinxerat. Erant nempe ludi natalitii, quales Titi, Nervæ, Hadriani, Veri, etc. Votivi quoque, ob bella confecta, vel pro reditu, quales ipsius Trajani, narrante Xiphilino, post Dacicum bellum finitum, et Decebalum extinctum, et Claudii, scil. PRO. REDITV. IMP. CAES. DIVI. F. AVGVSTI etc. in lapide antiquo Romæ memorati, quem citat Pitisc. in II. 496.

Multiplicem illustrationem præbent auctores. Sic ab Eckhelio (IV. p. 436.) memorantur **ἀντωνεῖα σεβαστὰ**, in tempore Severi celebrata. In insigni tit. Aphrodis. apud Fellowsium (II. p. 311.) obv. simpliciter **σεβαστά**, sc. **Νέαν πόλιν σεβαστά, παιδῶν Κλαυ = διανῶν πάγκρατιν**. dein, in 19. s., ex quibus nostra fortasse illustrari possunt, **Σμύρ**

νὸν ἀρχίατρον . . . .

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

= *ναν, κοινὸν Ἀσίας, ἀνδρῶν πάγκρατιν*. An cum hisce nexum habuerint spectacula quæ memorant Xiphilinus supr. laud. LXVIII. p. 777. c. et Cassius in hist. LXVIII. 15. vel *αἱ θέαι αἱ παρθικαὶ ὀνομασθεῖσαι*, in lxix. 2. viderint lectores eruditi. Erant et alii honores, *νικητήρια* appellat historicus in LXVIII. 28., quos illustri viro decrevit senatus ob victorias partas in oriente.

Nec, ut in genere dicam, imperatoria tantum hæc laus fuit. Hoc pluribus documentis nititur; inprimis memorarim inscriptionem Sagalassensem, ex Arundellianis, p. 359., quam ex sordibus purgatam proferre non piget.

Ἰουλίῳ [vel Ἰούλιον] . . . . . . (*ἀγῶν*) = *α νικ(ήσαντι)* [vel *νικήσαντα*] (*κοινὸν πόλ*) = *εως, ἀνδρῶν πάγκρατιν* = *ἀγῶνα Καλλιπιανεῖον* = *νικατόρειον τὸν ἐπιτε* = *λεσθέντα ἐκ χρημάτων* = *καταλείψεως τοῦ Κρ. γε* = *νομένου ὑπατικοῦ Μ. Οὐλ* = *πίου Καλλιπιανοῦ, ἀγω* = *νοθετοῦντος τὰ κατὰ τοῦτ* = *ον τὸν ἀγῶνα Κουίντου* = *Αὐρ. Διομηδιανοῦ Ἀλεξάν* = *δρου τοῦ ἀξιολογωτάτου.*

Ignoscant legentes de hisce quam brevissime disserenti.

Inprimis, obviam videmus vocem, quæ et inter Aphrodisiensia Fellowsii cernitur, *πάγκρατιν*, viz. in II. p. 311. 15. Corrigenda sunt ideo commentantis verba ibid. p. 315. Dein certamen (*ὁ ἀγὼν*) dicitur *ἐπιτελεσθῆναι*, h. e. justo apparatu omnium quæ ad cærimonias et præmia spectabant instructum fuisse ex testamento defuncti consularis Callipiani *τοῦ κρ.* id est, credo, *κρατίστου*, prorsus ut in monumento Aphrodis. conspexi ipse, *Κλαυδίαν* = *Ἀντωνίαν* = *Τατιανὴν* = *τὴν κρατίσ* = *την* etc.

Hinc orta ludorum designatio. Hæc eximie illustrantur ex Tit. Xanthio Fellowsii, *ubi supra*, pp. 167. 413., cujus verba sunt, *Κόντον Ἀπολλωνίου . . . . . . ἀγωνι* = *σάμενον ἀνδρῶν πάλην* = *ἐν τῷ ἐπιτελεσθέντι ἀγῶνι θέμιδος γ´ ἐκ διαθήκης* = *Τιβ. Κλ. Κασιανοῦ Ἀγρίππα*, ubi, ut obiter notem, constructio in aperto est, *ἐπιτελεσθέντι ἐκ διαθήκης*. Commentantis in locum error hic observandus est. Pergit titulus; *ἀγωνοθε* = *τοῦντος τῆς θέμιδος διὰ* = *βίου τοῦ ἀξιολογωτάτου* = *φιλοπάτριδος λυκιάρχου* = *Τιβ. Κλ. Τηλεμάχου, κ. τ. λ.* Simile habemus relatum in tit. Telmessensi, *ibid.* p. 108. Honos nempe durabat per vitam; Sagalassensi contra, non ultra occasionem unius certaminis.

2. *Ἀρχίατρον*. Deest nomen, quod poterat fuisse *Κλαυδιανὸς*, *Ἰουλιανὸς*, vel quidvis similiter terminatum. Erat

τῶν δέκα νικησάντων
τῶν ἀγωνοθετούντων
. . . .

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

nempe Princeps Medicorum (qualem in Tit. antiq. Rom. habemus, *Superpositum Medicorum*) cui munus fuerat commissum instaurandi ludos.

Sic in Epigr. Mylasensi (Fellowsii LXXX. p. 68.) Menecrates ὁ ἀρχίατρος Stephanephoriam gessit, quam cum Flaminatu Romanorum quidam conferunt. Pertinebat ideo inprimis solennitatum cura.

Memoratur iterum ὁ ἀρχίατρος in Tit. Xanth. *ibid.* p. 414. ad rem sepulcralem pertinente: in Aphrodisiensi quoque (Bœckh. 2847.) ex apograph. Sherardi.

Honores summi et immunitates Archiatris jure Romanorum cedebant: sed officium erat honorificum magis quam quæstuosum.

Qui velit explicatiora, reperiet in Codd. Justin. XII. 13.; Theodos. XIII. 3. Hieronym. Mercurial. *De* VV. LL. *Medic. Scriptt.* IV. 1. Brod. *Misc.* VI. 30. Meibom. *Aurel. Cassiodori Formula Com. Archiatr.* p. 13. Clerici *Hist. Medic.* p. 583. ss. Extant quoque titt. Gruteriani rem illustrantes, p. 632. NN. 4. 5.

Conjeceram inprimis delitescere inter rudera .... νον αρχια .... et nomen imperatorium et titulum, hunc in breve redactum pro ἀρχιερέα. Sic prodiret, τραϊανόν, ἀρχιερέα μέγιστον. Sed scrupulum injicit ἀρχια, nec in lapide extabat ulla compendii syllabarum facti nota.

3. Τῶν δέκα. Decem extitisse pancratiastas qui in certaminibus egregie se gesserant conjectandum reor, unde laudes fuerant consecuti, præmia, coronas, statuas. Cp. Titt. III. 6. ss. XII. XIII.

Numerale equidem non referendum arbitror ad ipsa certamina, nam ita foret ἀγῶνας τοὺς δέκα νικησάντων. cp. Tit. Aphrodis. Fellows. XXII. p. 311. Nisi quis conjecerit τῶν δέκα νίκων h.e. θεμίδων in epigr. pancraticis. Cp. ibid. C. et CLXVI. pp. 108. 167. Atqui locutionem absonam existimo.

4. Τῶν. Hoc restituendum arbitror, propter defectum amplitudinis in 2do, nempe O; hinc partem inferiorem deese. Lapis in muro existens truncatus fuerat per media elementa, quorum quæ deorsum se produnt membra punctiuncularum ope supplevi.

In parte deperdita recitabantur nomina Præsidis (vel Præsidum) ludorum, solenni more.

. . . .


ἐπεσκεύασεν τῶν γονέων χάριν

τὸ μνημεῖον . . . .

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

5. **Ἐπεσκεύασεν.** Sic in Arundelianis, II. p. 341. **Ὑρκανῶν πόλις ἐπεσκεύασεν.** Usitatius erat **κατεσκεύασεν.** Erat, credo, monumentum christianorum; aliter in fine suppleverim, **τὸ ἡρῷον,** ut in VI. 7.

XXXIII. ΣM. h.



Ῥωμαίου θεοῦ
ἅπασα καὶ νικώθεος

VARIÆ LECTIONES.

(1.) 1ª ss. *ωμαιου* quid? Extitisse credo Ῥ*ωμαίου*. Dein 7ª s. *οε*? Fortasse Θ*εοῦ*, quod dedi, sed in hac parte injuriam maximam pavimentum fuerat passum.—(2.) Hæc ab incuntibus expleat qui potest. Dedi *ἅπασα*. Dein *κὲ*

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. Ῥ*ωμαίου θεοῦ*. Nempe Ganymedis, quem *raptum Jovi, et in æthere positum* canit Ovidius, *Metam*. x. 162., xi. 756. Romanum dictum puto, utpote Trojanum, filium Trois fratremque Assaraci, unde per Capyn originem suam duxisse se prædicabant Romani. *Æneid*. i. 284., vi. 779. ss.

De relatione Ganymedis inter deos, et Romanorum cum Phrygibus consanguinitate videndus est Herodianus in *Hist*. i. 11.

2. Ἅ*πασα*. De sensu orationis in hac parte dubito. Quod primum cogitavi erat, picturam extitisse, tabulam ad vivum confectam, Ganymedeam, *πάσας νικῶσαν, alias omnes præcellentem* pulcritudine et arte. Sed in loco alieno positum *καὶ* officit. Dein in mentem venit ordo, *ῥωμαίου τε θεοῦ,*

ζωγράφησις ἔγὼ γανυ-

VARIÆ LECTIONES.

pro καὶ, ex fide tabulæ Sciozoppianæ, usuque Romaïci (quem dicunt) sermonis: cp. XXV. 3. In fine tentaveram νικῶσα, sed fidenter minus. Dein νικώθεος, quod magis ad speciem elementorum in tabula prædicta accedit.

Hunc titulum recentioris ætatis fuisse credo ex rationibus tam scripturæ

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

ἁπάσας τε νικῶσα, ζωγράφησις ἐγὼ (εἰμὶ) γανυμήδους. At nimium hæc a ductu literarum discedunt quas ex fide tabulæ Sciozoppianæ descripseram.

Exaravi denique in v. 2. νικώθεος, quod cum priore parte convenit, et gustum (ut loquuntur) revera Byzantinum refert. Sic in tit. Byzant. XXIII. 2. νικόδημος, ἅμα δὴ ὁ καὶ = νικώνεος. Talium Scriptorum erat in lusu verborum elegantiam suam ostentare.

Quæ apposui ideo in explicatione Græca non multum a vera imagine abludere censenda sunt: *Sum divi Romani tota* (h. e. similitudinem penitus refero), *immo divo* (divina arte) *præstantior pictura etc.*

3. Ζωγράφησις. Magis classicum ζωγράφημα. Supplevi in seq. ἐγώ, ut formula sit eadem qualis in titulo celeberrimo Sigeo, in quo statua inducitur spectatores alloquens. Vid. Rosii *Inscriptt. Græc.* p. 1.

Opus h. l. indicatur varie picturatum, quale appellabant *Museum* sive *Musivum* (μουσεῖον) quasi e manibus Musarum profectum, vel Museis ornandis idoneum.

Vox nostra, *Mosaic*, etymo certissimo vix congruit, unde levi mutatione efferunt quidam *Musaic*, q. μουσαϊκὸν ἄγαλμα. Non valde discrepant Codini ὑποδήματα μουσάκια, sicuti appellat calceos imperatorios ad modum musivi pictos.

De hisce qui velit plura adeat Spartian in *Nigr.* VI. Trebell. Poll. in *triginta Tyrann.* XXIV. Augustin. *De Civitate Dei*, XVI. 8. Spon, *Miscell. Erud. Antiq.* II. 8. p. 39. Gronov. *Thesaur. Antiq. Græc.* VIII. p. 2756.

Specimina antiquæ artis visere est apud Romanos, in Fano Bacchi, hod. *La Chiesa della Santa Agnese:* Fluentiæ quoque, Pisæ, etc. per Italiam sparsa. Ex hisce artem tantum non deperditam instaurare conati sunt recentiores.

Quod in meis refero ex ruderibus pavimenti apud Balnea Dianæ (*Khalkah-bûnár*) in agro suburbano Smyrnæorum patefacti fuerat effossum. Exem-

μήδου διοικητοῦ πα-

VARIÆ LECTIONES.

quam styli. Sed minime certus loquor, nam mea confeci non ex ipso monumento, quod dudum perierat, sed ex apographis quorum me compotem fecit

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

plaria duo vidi, Sciozoppianum nempe et Cortarzianum, quorum illud longe elaboratius existimo. Expressum ideo ex apographo meo habent lectores.

Ibid. **Γαννμήδους**. Memoratur divi Romanorum cognominis, qui rem familiarem feminæ cujusdam nobilis (*λαμπροτάτη* appellatur) procuraverat. Huic nomen Pakiale.

Putaverim dominam, grato sensu permotam, ut in pavimento fieret ministri fidelis simulacrum effecisse, ornatu præterea mythico instructum, arrepta nominis occasione, ad augendum rei miraculum. Personam nempe Pocillatoris divini tuebatur bonus Diœcetes;

* * * arte ex aliis aliisque lapillis
Compositam divi transiit in faciem.

Huic meæ conjectationi fidem quodammodo faciunt quæ tradit Spartianus in loco supra citato de Musivo Isiaco in hortis Commodianis.

Festivum sensum in titulo fortasse exquirent legentes. Nec magnopere reclamo. Ploro tantum tabulæ ipsius inter ruinas ædificii jacturam: ne minima quidem particula supererat. Pavimenti in quo literæ extabant fragmentum expressum vidi, cujus exemplar subjicio:



Fateor me, quum primum titulum conspexi, de Asiæ *diœcesibus* cogitasse, qualis erat Cibyratica memorata a Strabone, aliæque, XIII. 4. p. 160 Tauchn.;

κιάλης λαμπροτάτης.

VARIÆ LECTIONES.

amicus quidam ex eruditioribus apud Smyrnæos commoratus. Σφάλματα ipse suboluit; emendationes vero non tentavit, saltem mecum non communicavit.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

sed frustra; nam quod me maxime movebat, λαμπροτάτης, non tantum de civitatibus, sed etiam de personis, dicebatur, ut Latinum *splendidissimus*.

Cp. Orat. contr. Mid. 564. 11.; De Corona, 329. 24.; Pro Flacco, XX.

Censenda est Pakiale loco illustriore nata, reque amplissima. Officium servi erat quale *dispensatoris*, apud Romanos notissimi, familiæ ejus rationes administrare: cp. Cic. *Fragm. Hortens.* (ex Nonio, III. 18.) Sic quoque in familia Palatina, *Diomedem dispensatorem* memorat Sueton. *August.* LXVII.

Mentionem quoque τοῦ διοικητοῦ facit Tullius, in *Orat. Pro Rabirio*, VIII. sed *regii*, apud Alexandrinos. Invenimus etiam in LXX. in *Ezr.* VIII. 36. et qui in *Apocryph.* (*Tobit*, I. 22.) memoratur erat διοικητὴς Assyriorum regis. In loc. Ezr., cum quo conf. et Daniel. III. 2., delitescit notissimum σατράπης ex fonte Persico derivatum, viz. לאחשדרפני

XXXIV. ΣΜ. i.



καὶ μνήσθητι τοῦ δού-
λου σου αἰθερίχου τοῦ
ἀρχιεπισκόπου ἡμῶν.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. **Καὶ.** Obvium *κὲ* linguæ recentioris supr. xxxiii. 2. Erant, credo, *σφάλματα* lapicidarum et artificum, quibus musam ignorasse vix probro objeceris.

In causa erat similitudo sonorum *ε* et *αι* in dialecto recentiori.

2. **Μνήσθητι.** En iterum errorem lapicidæ! Nempe, consimiliter efferebant *ι* et *ει*, exinde turbabant orthographiam.

Ceterum formula videtur composita secundum Psalm. cxix. 49. *μνήσθητι τῶν λόγων σου τῷ δούλῳ σου.* LXX. Erat ὁ δοῦλος Ætherichus, Archiepiscopus (credo) Ephesinus; nam antiquitus episcopi Smyrnæi erant Ephesinorum (ut loquuntur) suffraganei.

Titulum, quem apposui, conspicere est inter rudera templi Mûhammedani, quod olim fuerat sacellum Græcorum, in reducta valle, subter juga montis Coracis, extantia. Parieti occidentali, circiter quinque pedes supra solum, tabula marmorea inædificabatur, cui insculptæ fuerant literæ.

KIRKAGADJ.

COLONIA FORTASSE STRATONICENSIUM.

OPPIDULUM *Kîrkagádj* (h. e. *quadraginta arbores*) Thyatiræ et Pergamo interjacet, sed non paribus intervallis, illi nempe vicinior. Adii III Kal. Octobr. et per biduum ibi commoratus scholis templisque visendis otium insumpsi. Armenii insunt Græcique plures, quibus sacerdotes ædesque sacræ suppetunt: oppidanorum vero longe maxima pars præstigiatorem Mekkanum audiunt.

Non ulla conspexi monumenta felicioris ævi; nec, credo, insunt, nisi quæ ex longinquo advehuntur. Tituli antiquiores, quos vidi, erant Stratonicensium. Conjectationi ideo locus est, colonos ex Caria in hanc regionem aliquando migravisse, secum originis documenta advehentes.

Ex inscriptt. quas adii quatuor, tres in chartas retuli. Unam quæ columnæ truncatæ in venalium foro extanti, juxta fontem publicum, insculpta fuerat, stillicidiorum casu adeo deletam inveni, ut describendi laborem refugiendum judicaverim. Vestigia vero monstrabant eam in Caricarum numero fuisse.

* * * * * * *

a. Titulus honorificus ex basi columnari statuæ descriptus, in atrio hortensi Græci cujusdam, extra oppidum superius, jacente. Posita fuerat a Senatu et Populo Stratoniceorum in honorem Diodori (Philometoris?) cujus pater, Nicander, memoratur, eximiumque studium et benivolentia erga populares.

b. Titulus ex basi marmorea quadrata statuæ a Julia Menyllina profectæ in honorem Imp. Hadriani, Panhellenii etc. ob merita ejus in patrem **τῆς καταστησάσης**, Julium nempe Paterculum.

Monumentum inter Stratonicea ponendum censeo, sed non certis rationibus nisus. Constat Hadrianum summopere Stratonicensibus studuisse.

c. Inscr. ævi recentioris, sc. Byzantini, ex lapide in templo Mûhammedano (Moscha, Turc. *Yenî-oglû-djammî*) reperto, commemorans extructionem ædium sacrarum per (Evandrum?) En vero pallam ex laciniis Homericis, magnam partem, confectam! Nec de lectionibus quamplurimis certior factus sum, in saxo trito et vestigiis obscurissimis.

XXXV. ΣΤ. a.

ΗΒ.ΥΛΗΚΑΙΟΔ.
.ΜΟΣΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ
ΣΤΡΑΤΟΝΕΙΚΕΩΝΔΙΟΔΩΡΟΝ
ΝΕΙΚΑΝΔΡΟΥΦΙΛΟΜΗΤΟΡΑ
ΗΡΩΑΠΑΣΑΝΑΡΧΗΝΚΑΙΛΕΙ
ΤΟΥΡΓΙΑΝΥΠΟΜΕΙΝΑΝΤΑΚΑΙ
ΚΟΙΝΗΚΑΙΚΑΘΕΚΑΣΤΟΝΤΟΥΣ
ΠΟΛΕΙΤΑϹΕΥΕΡΓΕΤΗϹΑΝΤΑ
ΕΤΕΙΜΗϹΑΝ

ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆ-
μος ἁδριανοπολίτων
στρατονικέων διόδωρον

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

1. Ἡ **Βουλή.** In hoc titulo solummodo tres literæ deerant (rectius dixerim, *una*, nam 1ma et 2da vestigia in lapide apparebant), quæ manifestas se produnt.

2. **Ἀδριανοπολίτων.** Designantur hi et Stratonicenses, nempe ab antiquo nomine: porro, distinctionis ergo; nam plures erant Hadrianopoles: novem a scriptt. recensentur, scil. apud Athenienses, Thraces, Epirotas (quæ et postea Justinianopolis), Bithynos, Cyrenaicos, Ægyptios (dicta et Antinopolis), Syrios (quæ et Palmyra): addunt Stratonicenses, scil. Macedoniæ, Salmasius *ad Spartiani Hadr.* p. 10, 7. et Cariæ, Auctt. *Histor. Univ.* II. 6. p. 503. Hæ præcipuæ: alias apud Ætolos, Pisidas, memorant. Immo, quod prætermissum nollem, et ipsam Carthaginem Spartianus, c. XX.

3. **Στρατονικέων.** De Stratonicea et

νικάνδρου φιλομήτορα,
ἥρωα πᾶσαν ἀρχὴν καὶ λει-
τουργίαν ὑπομείναντα, καὶ
κοινῇ καὶ καθ' ἕκαστον τοὺς
πολίτας εὐεργετήσαντα,
ἐτίμησαν.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Carica et apud Taurum cp. Strab. XIV. 2. p. 207. Tauchn. Inter colonias Macedonum recensetur nostra, nomenque a Stratonice, Antiochi Soteris uxore, acceptum tradunt. Adde Plin. v. 29. 7. *liberam* eam, h. e. **αὐτόνομον**, appellantem. Ptolem. v. 2. Fidem erga Romanos in bello Mithridatico memorat Appianus, c. XXI. Invenimus quoque mentionem civitatis a Tacito factam, inter Asianas quæ coram Senatu de jure asylorum disceptabant in *Annal.* III. 62. Stratonicensium nimirum, propter cultum Jovis et Triviæ. Hinc Hecatesiam appellatam testatur Stephanus: antiquitus et regionem urbemque Chrysaoridem Pausanias in v. 21. 5., quæ a Strabone tradita de cultu Hecates et Jovis Chrysaorei a Caribus illustrant: vid. loc. supr. cit.

Nomen Hadrianopolis ab Imperatore inditum fuit quem in urbe reficienda et ornanda liberalissimum cives experti sunt. Sed antiquius in Notitiis, sc. Stratonicea, stabat.

4. **Φιλομήτωρ** vel pro nomine vel epitheto, propter insignem pietatem, accipi potest. Prius prætulerim.

5. *Ἥρωα.* Vid. supr. XI. 5.

Quæ memorantur hic et in seq. viz. *ἀρχὴ, λειτουργία*, erant, hæc *munus* (quale apud Athenienses *χορηγία*), illa *magistratus*, ut *ἀγορανομία* etc. Abunde illustratur vocis **λειτουργίας** significatio a Wolfio in Demosth. *Leptin.* p. 462. et a Böckhio in opere insigni, *Œconom. Civil. Athen.* I. p. 480. ss. Notes vero idioma vix Græcum, et quod a fonte Latino derivatum putaverim, **ὑπομένειν ἀρχήν**. Sic habemus apud Tullium (*Ep. ad Quint. Fratr.* I. 1.) *aliquantum negotii sustinere:* et *in Verrem*, II. 3. 86. *quid .... nomine muneris in republica fungi ac sustinere.*

XXXVI. ΣΤ. b. ?

....ΚΡΑΤΟΡΑΤΡΑΙΑΝΟΝΑΔΡΙΑΝΟΝΚΑΙϹΑΡΑϹ.......
ΚΑΙΠΑΝΕΛΛΗΝΙΟΝΙΟΥΛΙΑΜΕΝΥΛΛΕΙΝΑΑΡΧ...
.ΙϹΓΑΙΟΥΙΟΥΛΙΟΥΠΑΤΕΡΚΛΟΥΠΑΤΡΟϹΙΔΙΟΥΑ....
ΙΔΙΟΝΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

XXXVII.

..ΡΗΛΙΑΙΕΧΝΗΕΑΤ.ΔΕΙΑΓΥΝΑΙΚΩΝ..ΑΝΔΡΟϹΑΡΙϹΟϹΕΡΓΕϹΙΚΑΙϹΟΦΙΗ
ΠΑΥΙΠΕΡΙΚΤΙΟΝΕϹϹΙΘΕΟϹΩϹΒΤΕΤΙΜ.ΜΕΝΟϹΗΝΒΙΟΤΟΥΔΕΠΙΤΕΡΜΕΠΕ.
ΙΚΑΙΕΥΕΡΓΕϹΙΗΤΕΙΜΗΝΦΕΡΩΝΒΗΓΟΥΜΕΝΟΚΕΠΑΠΠΑΔΟΙΕΔΕΙΜΑΚΑΙΕΚ......

αὐτοκράτορα τραϊανὸν ἀδριανὸν, καίσαρα σεβαστὸν,
καὶ πανελλήνιον, ἰουλία μενυλλεῖνα, ἄρχοντα,

VARIÆ LECTIONES.

(2.) 4^{am} ss. primum legeram *πανελληνίων*, sicut *ἰδίων* in v. 4., sed de constructione morabar. Poterat fuisse *πανελληνίων ἄρχοντα*. Substiti vero in singulari, quod et fidei historicæ bene congruit. (*Ibid.*) 31^{mam} ss. et *ἄρχοντα*

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

2. ***Πανελλήνιον.*** Cp. Titul. Azanensem a præclaro viro Fellowsio in Itinerario I. p. 144. descriptum: ***ὁ ἄρχων τῶν πανελλήνων, καὶ ἱερεὺς θεοῦ ἀδριανοῦ πανελληνίου = καὶ ἀγωνοθέτης τῶν μεγάλων πανελληνίων κδ*** (erat ***κλ***. sc. ***κλαύδιος***) ***ἰάσων, καὶ οἱ = πανέλληνες, τοῖς ἐπὶ τῆς ἀσίας ἕλλησι, χαίρειν.***

Citat ibidem V. D. titul. Megarensem ex Clarkio, in Hadriani honorem, sc. ***ὀλύμπιον, πύθιον, πανελλήνιον, τὸν ἑαυτῶν κτίστην.*** Huic convenit Arundellianum, prope Metropolin descrip-

δὶς γαΐου ἰουλίου πατερκλοῦ, πατρὸς ἰδίου, ἀπὸ τῶν

VARIÆ LECTIONES.

et ἄρχουσα et ἀρχιέρειαν, nempe τῆς ἀσίας, legeram. Commendant se cuncta tam ex annalibus quam ex titt. notissimis.—(3.) Initium marmoris fracti vel

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

tum, αὐτοκράτορι καίσαρι τραϊανῷ ἀδριανῷ, ὀλυμπίῳ καὶ κτίστῃ. *Itinerar.* p. 345.

Hinc conjecturam (quam tamen non probo) ceperit quis fuisse Juliam præsidem (ἄρχουσαν) ludorum conventusque Pan-helleniorum. Dignitatum certe hujusmodi participes factæ sunt in nobiliorum loco natæ, ut patet ex titt. ex. c. Mylasensi in Fellows. II. LXXX. p. 68. Aphrodis. *ibid.* LIV. 14.

Sed consistendum est, opinor, in titulo imperatorio, qui a Græcis fuerat collatus propter insignia τοῦ φιλέλληνος merita, ob quam causam et templum Pan-hellenium struebant in honorem Hadriani, indictis præterea festis ludisque solennibus.

Notat Pausanias curam eximiam Hadriani circa cultum Jovis Pan-hellenii in I. 18. 9. quocum conf. Casaub. ad Spartian. *Hadr.* p. 7. 4. *Totum illud fanum* (sc. Olympii) *non minus ad Hadriani honorem pertinuit quam Jovis: fuit enim ibi extructus qui dicebatur* σηκὸς πανελλήνιος, *locus amplissimus Hadriano consecratus, statuis repletus quas illi urbes Græciæ certatim posuerant.*

Ibid. Ἄρχοντα. Consistendum et in hac parte duxi in titulo imperatorio. Erat Hadrianus (nondum vero purpuram assequutus) in Archontium numero ab Atheniensibus relatus, Nerva Trajano et Julio Africano Coss. Vid. Spartian. XIX. necnon Phlegont. Trallian. in Salmas. ad loc. ejusd. p. 34. e.

Notat vero idem Salmasius (p. 50. e.) Hadrianum hoc magistratu functum fuisse Trajano VI. et Tito Sextio Africano Coss., h. e. anno Trajani XIVto. Immo erat XVtus, ut fastos inspicienti constabit: nec collegam puto Imperatoris satis recte positum a viro doctissimo. Alias vidi T. Sext. Bolanum.

De hisce conf. Dion. *Hist.* vol. iv. p. 105. Tauchn. *Histor. Antiq. Univ.* Lib. iii. 20. p. 584.

Ex titulo Atheniensi subortum fateor suspicionis aliquid de patria ejus, nempe marmor fuisse advectum ex Athenis a quodam cive qui in Asiam immigraverat. Non tamen credo factum, sed cum præcedente in numero Stratoniceorum esse recensendum, et a colonis advectum fuisse qui in Lydia sedes quæsiverant.

ἰδίων εὐεργέτην.

αὐρηλίᾳ ἐχνηέᾳ τῇ δίᾳ γυναικῶν· εὔανδρος ἄριστος ἔργοις καὶ σοφίῃ,
πᾶσι περικτιόνεσσι θεὸς ὣς τετιμημένος, τὴν βιότου δ' ἐπὶ τέρμ' ἔπεσ-

VARIÆ LECTIONES.

suppleveris, ut feci, vel ἀσίας. Fragmentum nominis fuisse minus probabile existimo. (*Ibid.*) 3^{am} exaravi primo T. At procul dubio extiterat quod dedi in explicatione.—(4.) Dubito de 1ma an fuerit ἴδιον, an quod scripsi in exegesi, ἰδίων. Atqui de fide apographi mei certus sum. Inest fortasse menda insculpentis: fortasse et pro brevi longaque stabat elementum vocis penultimum, quod et alias conspexi: ex. c. in marmore Laodicensi situ cooperto in quod amphitheatrum perlustrans incidi.—(5.) Inter 13^{m} et 14^{m} apparet in apogr. O. Mendose, opinor. Est Homericum δῖα γυναικῶν, ex *Odyss.* ο', 106. et al. (Ibid.) Inter 25^{m} et 26^{m} exh. apogr. O, sed quid οανδρος? Certe ἄνδρας in sermone hodierno Græcorum significat *adultum hominem, maritum*. (*Ibid.*) 32^{a} ss. in apogr. αριηος, quod meo periculo mutavi in ἄριστος. (*Ibid.*) 38^{am} ss. apogr. mendose εργεκι. Restitui ἔργεσι. Maluerim ἔργοις, nam in Romaïco ἔργος *voluntatem malignam* sonat.—(6.) In 3^{a} notetur forma τοῦ Σ, quæ ad speciem

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Quæstionem hanc tetigi in Commentariolo memorato in Præfatione, pp. 33. s.

Restat consideratio lectionis alterius in VV. LL. memoratæ, sc. ἀρχιέρεια, de qua conf. not. inseq.

3. Δίς. In hisce paululum hæreo. Extant in titulo Olympeno, a Fellowsio reportato, I. p. 213., seqq. ὀλυνπτηνῶν ἡ βου = λὴ καὶ ὁ δῆμος = ἐκ δωρεᾶς παν = ταγαθοῦ δίς, id est, *propter liberalitatem quam bis experti fuerant cives*. Hoc, nisi titulus fuerit truncatus in fine, ut adeo genuina lectio sit τῇ δὶς νεωκόρῳ.

Cogitavi quoque, ut in VV. LL. monui, de lect. ἀσίας. Certe munus sacerdotii summi, ut adeo in Asiarcharum numero nomina referrentur, feminis nobilibus competiisse notissimum est, ut ex titulo apud Teum, a me exarato, necnon Arundellianis, p. 365., et D^{ni} Fellowsii Sidymensi, CLII. 4. p. 407., constat.

Quod dedi tenendum existimo: sed judicium relinquo peritioribus.

4. Ἰδίων. Nil certius videtur quam auctorem epigraphes dedisse ἀπὸ τῶν ἰδίων, et hoc, ad augendum sensum beneficii, quod non stabat in vectigalibus remissis, ut Tiberianum in Tacit. *Annal.* II. 47.

Locutio, quæ et inter Latinos *de proprio* (Martial. XII. 78.) sæpissime obvia. Conf. Inscriptt. Fellows. I. p.

ι καὶ εὐεργεσίῃ τιμὴν φέρων, ἡγουμένῳ καὶ πάππαις ἔδειμα καὶ ἐκόσμησα ....

VARIÆ LECTIONES.

τοῦ P inter archaicas accedit. Vid. Rosii Tab. II. *Prolegom.* p. XV. (*Ibid.*) 5ª ss. Agnoscas Homericum, *Iliad.* ρ', 220. *Odyss.* β', 65. Sic et Herodot. VII. 148. (*Ibid.*) 24ᵐ ss. apogr. τείετο, ut in Iliad. ε', 78. κ', 83. τίετο δήμῳ.—(7.) 5ᵐ ss. apogr. δῆρις ἔην, Homericis et ipsum consonum. (*Ibid.*) 14ª ss. in apogr. τιειμινιουειν. Dein, μουμοκεπαππαλο. Claudit portentum κατετκ .... Ex hisce erui quæ sensum saltem, si non veritatem, secum ferunt.

Notandum est Antistites Monachorum inter Græcos appellari ἡγουμένους.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

312., II. pp. 365. 371. 412. Ellipsis est voc. χρημάτων, ut in Prov. XX. 25. LXX. παγὶς ἀνδρὶ ταχύ τι τῶν ἰδίων ἁγιάσαι.

Formulam ἴδιον εὐεργέτην minime probaverim. Si quis tamen desideret, supplementum esto in præced. ἀρχιερέως, vel ἀρχ. τῆς ἀσίας.

COTYAION.

Turc. KÛTAÏEH.

I. A PLINIO memoratur Cotyaion inter oppida Phrygiæ; v. 41. 1. A Strabone, in XII. 8. p. 71. T., cum Azanis ceterisque, ut Phrygiæ τῆς ἐπικτήτου (h.e. *adscititiæ*, vel ut in p. 63., μικρᾶς) πόλις. cp. Ptolem. v. 2. Apud Scriptores et in nummis obvia κοτιάειον, κοτιαεῖς, notante Harduino ad loc. cit. Plinii.

Inter urbes regionis Anadûlicæ principem locum obtinet *Kûtaïeh*, quamquam nec cum *Izmîr* nec *Angûrî* æquiparanda, utpote Præfecti Turcici (بكلو بكى) sedes. Satis tamen ampla est, ædesque meliore apparatu instructas quam in plurimis ditionis Mûhammedanæ tractibus conspicere est. Sed paucissima, nisi in palatio præfecti, vestigia ævi cultioris supersunt. Quærenda hæc sunt inter monumenta sepulcralia, præsertim quæ urbi, septentrionem versus, adjacent, nempe fragmenta columnarum, epistyliorum coronæ, altaria, quæ tumulos passim tegunt ornantque, plurima equidem *ornatu* recentiore cooperta, dixerim potius violata!

Exempla consuetudinis hujusce extant, ut in *Ak-Hissâr*, sic in cœmeterio unde sequentia habui. Insignia Armeniorum, titulique sermone eorum conscripti, permixta cum Græcis, utriusque marmoris faciem deformant.

* * * * * * *

II. Tituli quos descripsi insculpti fuerant saxis sepulcralibus familiæ inter Cotyæenses insignioris, nempe Latyporum. Memorantur Andromachus, Zelas, ex Latypis; Nanas conditrix; Apollonius, Asalius, Proteas, Tatias, etc. juncti omnes, crediderim, vinculis vel consanguinitatis vel affinitatis, ut adeo juris sepulturæ in monumentis, sine aliqua τυμβωρυχίᾳ facta, omnes fieri possent participes.

Nomen NANAΣ in tit. XL occurrit et in Walpolianis, *Itinerar.* p. 557. nec diversum erat nomen quod in Tloensi Fellowsii cernitur, viz. CXLI. 1. Mythicum porro erat inter Phryges Nana, ut ex fabula Attidis discimus in Arnob. *adv. Gent.* I. 24., v. 159. Maris nomen, ὁ νάνος, obv. in Athenæo, XIII. 576. a.

Hanc inscriptionem claudunt versus trimetri qui mala precantur in *τυμβωρύχον*, non vero, ut in plerisque aliis solenne est, devovendo *τοῖς καταχθονίοις*. Vid. supr. XVIII. 4. et plurima Fellowsiana, vol. II. pp. 145. 186. etc.

Optime illustratur nostrum per titulum Eumeniensem in Arundelli *Itinerar.* p. 373. quem integrum appono:

ΤΩΥΙΩΜΟΥΕΥΚΑΡΠΩΚΑΙΕΛ.
ΤΩΚΑΙΤΗΓΥΝΛΙΚΙΑΦΡΟΔΙΣΕΙΣ...
ΕΜΟΥΘΑΝΟΝΤΟΣΚΑΙΤΥΝΑΙ
ΚΟΣΚΑΙΤΕΚΝΩΝΟΓΑΝΑΝΥ
ΞΕΙΤΥΜΒΟΝΗΒΛΑΨΕΙΤΑΦΟΝ
ΠΟΛΛΩΝΛΩΡΩΝΠΕΡΙΠΕΓΟ.
ΤΟΓΥΝΦΟΡΑΙΓΟΔΕΠΙΧΕΙΡΕ
ΓΓΙΕΤΟΙΣΕΙΤΩΦΙΣΚΩ✳ΒΦ

τῷ υἱῷ μου εὐκάρπῳ, καὶ ἑαυ-
τῷ καὶ γυναικί, ἀφροδισιεῦσι.
ἐμοῦ θανόντος καὶ γυναικὸς καὶ τέκνων,
ὃς ἂν ἀνύξει τύμβον, ἢ βλάψει τάφον,
πολλαῖς ἀώροις περιπέσοιτο συμφοραῖς.
ὃς δ' ἐπιχειρή-
σει ἐποίσει τῷ φίσκῳ ✳ βφ'.

Patriam, nempe *Aphrodisiada*, Eucarpi conjugisque, fortasse quoque Conditoris sepulcri, memoratam existimo in v. 2. Nil vero prohibet quo minus censeamus nomen ipsum feminæ in voce truncata delitescere. Sed ex archetypo quam minime discedendum rebar.

Incuriæ opificis, credo, tribuenda sunt *πολλῶν ἀώρων* in v. 6. Restitui secundum nostra in titul. XL.

III. Pergendum nunc ad XLI. ubi in capite prostat ΖΗΛΑΣ ΛΑΤΥΠΟΣ.

Hoc ad mentem revocat inscriptionem sepulcralem quam in cœmeterio antedicto descripsit D^nus Fellows (*Itinerar.* I. p. 127.), mendis et ipsam scatentem.

Suppeditavit equidem in notis (*ibid.* p. 323.) medicinam, qualem potuit, vir quidam doctus ex amicis: sed non multum videtur profecisse.

Integrum et hunc subjicio:

ΑΓΑΟΗΤΥΧΗΘΕΟΙΣΟΕΟΙΣΚΑΙΔ.
ΚΑΙΟΙΣΗΡΟΦΙΛ..
ΠΑΠΑΕΥΧΗΝ
ΑΣΙΧΑΕΚΑΙΑΣΚΧΙΙΠΑΕ
ΟΙΑΣΚΛΗΠΑΛΑΤΥΠΟΓ
ΚΟΥΡΝΑΕΤΗΝΟΙ

Observandum est, inprimis, verba in v. 3. *παρὰ εὐχὴν* vertenda esse *voti ergo;* Angl. *by reason, in consequence of, his vow,* similiter fere ut in Demosth. *Philipp.* I. 43. 14. *παρὰ τὴν αὐτοῦ ῥώμην .... παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν.* Sic bene reddit Matthiæus, *Gr. Gr.* § 588. *ℓ. παρά τι; ob quamnam rationem?* Verba exprimunt damnatum voti fuisse Herophilum.


Dein, in v. 4to legendum videtur *ἀσύλας*. Apparet inter mea *Ζῆλας*. Delitescit fortasse inter rudera, sed vix intulerim.

In v. 5to nomen *λατύπου* penitus omisit in explicatione quam dedit vir doctus supra memoratus in p. 323. Hoc ex meis fidenter supplevi.

En demum in v. 6to miraculum, monstrum potius, *Κουρναετηνοί*! Hisce nixus indiciis excogitavit vir doctus civitatem quamdam inauditam antea, *Κουρνάητον*, sed non edocuit utri Phrygiæ accensenda est, *τῇ ἐπικτήτῳ* vel *παρορείῳ*!

Titulus videtur in hunc modum potissimum ordinandus: *Ἀγαθῇ τύχῃ. Θεοῖς θείοις καὶ δικαίοις ἡρόφιλος = παρὰ εὐχήν. = ἀσύλας καὶ ἀσκλήπας = οἱ ἀσκλήπα λατύπου = κοτναειηνοί.* Pono in v. 5. Doricam formam, secundum normam quæ apud Atticos invaluit: ex. c. *ἐπὶ πλειστόλα* in Thucyd. v. 25.

XXXVIII. KO. a.



Νάνας Ἀπολλώνιον, τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα, καὶ ἑαυτὴν, ἔτι ζῶσα, ἐτίμησεν, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν Ἀπολλώνιος καὶ Ἀσάλιος τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς ἐτίμησαν.

Ἀνδρομάχος Λάτυπος.

Τὶς ἂν προσάξει χεῖρα τὴν βαρύφθονον
πολλαῖς ἀώροις περιπέσοιτο συμφοραῖς.

XXXIX. KO. b.



Ζήλας **Λάτυπος.**

Πρωτίας καὶ Τατίας ἑαυ-
τοῖς, ἔτι ζῶντες, καὶ Δόμνα θυ-
γάτηρ αὐτῶν ἐτίμησεν τοὺς ἑ-

τὸν Θε-	**αυτῆς**
όν σου	**γονεῖς**
μὴ ἀδι-	**μνήμης**
κήσεις.	**χάριν.**

XL. AZ.

ΤΟΝΜΕΓΑΝΚΑΙ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝΚΑΙ
ΣΩΤΗΡΑΚΑΙΚΤΙΣ
ΤΗΝΤΗΣΠΟΛΕ
ΩΣΚΛΣΤΡΑΤΟ
ΝΙΚΟΝΥΠΑΤΟΝ
ΗΠΑΤΡΙΣΣΤΡΑ
ΤΗΓΟΥΝΤΟΣ
ΤΟΒΚΛΑΠΟΛ
ΛΙΝΑΡΙΟΥ
. . . .
. . . . . .

XLI. KA.

ΑΥΡΜΗΝΟΦΙΛΟΣ
ΚΑΔΗΝΟΣΕΥΤΥΧ .
ΠΑΤΡΩΝΙΕΠΙΧΑΡΙΝ
ΧΟΝΔΡΩΚΑΙΑΣΚΛΗ
ΠΙΑΔΗΠΑΤΡΙΜΝΗΜΗΣ
ΧΑΡΙΝ

τὸν μέγαν, καὶ
εὐεργέτην, καὶ

σωτῆρα, καὶ κτίσ-
την τῆς πόλε-
ως, κλ. στρατο-
νίκον ὕπατον,
ἡ πατρίς, στρα-
τηγοῦντος
τὸ β′ κλ. ἀπολ-
λιναρίου,
ἐτίμησεν.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

3. **Κτίστην τῆς πόλεως**, proprio sensu *conditorem urbis*, hic *instauratorem*. Civitas erat Azanensium, quæ ætate Strabonis floruerat, ut patet ex XII. 8. p. 71. T. Vastatam (motibus credo terræ) dirutamque refecit Hadrianus, ita ut pro Hadriania merito haberi possit. Certe epigraphæ, quas vidi, respiciunt, maxima pars, ad magni Imperatoris res gestas.

Duas tresve reperiet lector in opere Fellowsii, I. 142. ss.

Titulum, quem refero, eidem coætaneum fuisse suspicor, Stratonicumque fuisse ministrum ejus in urbe reficienda: inter cætera, in ædibus Jovis struendis, quarum reliquiæ insignes adhuc in arce summa conspiciuntur.

Hadrianus ipse appellatur *κτίστης* in titul. Arundell. *Itinerar. per Eccles. Asiatic.* p. 345. *ὀλυμπίῳ καὶ κτίστῃ*. Porro, sensu translatitio in titul. Megarens. a Clarkio allato, viz. *τὸν ἑαυτῶν* (i. e. cultorum Imperatoris) *κτίστην*, quod abundantius explicatur ex seqq. *νομοθέτην καὶ τροφέα*. Sic probabiliter restituitur *τὸν κτίστην μέγιστον τοῦ δήμου* in inscript. Tloensi ex Fellowsianis, vol. ii. p. 387. Inter Aphrodisiensia (Ibid. p. 344.) diserte memoratur *ὁ κτίστης τῶν μεγίστων ἔργων ἐν τῇ πόλει*. Vid. *Auctarium*.

Prorsus cum hisce congruit usus vocis *conditor* inter Latinos. Sic habemus *arcis, urbis, coloniæ, sectæ, nominis, disciplinæ, conditor* in seqq. Æn. VIII. 7.; Sueton. *August.* VII.; Gruter. *Inscriptt.* p. 265. n. 5. v. ult.; Plin. XXVI. 6. 2.; Patercul. II. 60.; Plin. Epist. X. 38.

Græcum *κτίστης*, ut obiter moneam, ad usum sacrum accommodatur in S. Pet. I. 4. 19. et a Symmacho in versione Isaiæ. XLIII. 15. nempe Hebraico

αὐρ. μηνοφίλος
καδηνός, εὐτύχῳ

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

בוריא respondens. Sic et *conditor* in Senec. *Phœniss.* 655.

12. **Μηνοφίλος.** Conf. supr. titul. xv. 12. Inter Arundelliana fragmentum tituli video de quodam Menophilo Azanensi: *ἔδοξεν τοῖς ἐπὶ τῆς ἀσίας ἕλλησιν γνώμη τοῦ ἀρ(χελάου) = ἀπολλωνίου τοῦ μηνοφίλου αἰζεανίτου.* p. 351. Est ex Apamensibus.

13. **Καδηνός.** Inscriptionem ex situ Cadorum habui. Conf. Strab. XII. 8. p. 71. T. *τῆς δ' ἐπικτήτου φρυγίας ἀζανοί τέ εἰσι, καὶ νακόλεια, καὶ κοτιάειον, καὶ μιδάειον, καὶ δορύλαιον πόλεις, καὶ κάδοι· τοὺς δὲ κάδους ἔνιοι τῆς μυσίας φασίν.* Mentionem et Plinius facit populi Cadueni, nempe Macedonum, qui una cum Philadelphenis ceterisque convenire solebant in jurisdictionem Sardianam.

Loc. Plin. est v. 30. ubi notat doctiss. Harduinus; "Hi porro, aliique quos Plinius pariter *Macedones* appellat, cap. 31. et 32." (nempe *Hyrcani* et *Asculacæ*) "*Macedones* ii sunt qui commemorantur in epistola Artaxerxis, capite ultimo libri Esther."

Ceterum in Notit. Episcop. *Cadi* accensentur Phrygiæ Pacatianæ. Sic et in Concil. Quinisexto (*πενθέκτῳ*, ut Græci appellant, vel *in trullo*) p. 1199. B. Philippus Episcopus *πόλεως κάδων πακατιανῆς* nominatur. Aliter Ptolemæus in v. 2. Mæoniæ addicit, sed in finibus ipsis Phrygiæ locatos.

Locus classicus est in quo Cadi memorantur, viz. Propert. IV. 6. 8. et ut Phrygiæ civitas:

Spargite me lymphis, carmenque recentibus aris
Tibia mygdoniis libet eburna cadis.

* * * * * *

Cives in nostro appellantur *Καδηνοί*. Aliter Plinius supr. *Cadueni*. In nummo Longinæ, quæ conjux fuit Domitiani, in libro Patiniano, p. 169. obv. ΚΑΔΟΗΝΩΝ, incuriosius script. ΚΑΛΟΗΝΩΝ.

Ibid. **Εὐτύχῳ.** Nomen *εὔτυχος* vel ex *Actt. Apost.* XX. 9. notum. Habemus et in Pinarensi, apud Fellows. II. p. 405. *εὐτύχου = τοῦ ἑρμα = πίου.* Sed et *εὐτυχίδης* apparet in Plin. XXXIV. 19. 3., XXXV. 40. 6.

Conjectationi locus est posse verti *εὐτυχεῖ πάτρωνι*, *patrono suo felici*, h. e. *qui diem supremum obierat*. Desidero equidem exempla: favet vero sententiæ usus notissimus *τοῦ μακαρίτης*, ut in *Pers.* 639. Blomf. et Theocr.

πάτρωνι, ἐπι χάριν·
χόνδρῳ καὶ ἀσκλη-

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

II. 70. θρᾶσσα τροφὸς ἁ μακαρῖτις. "Sic apud Latinos *felices* dicebantur mortui." Bl. *Glossar*. u. s. Hinc Horat. *Sat*. I. 9. 28. *Omnes composui. Felices! nunc ego resto! Confice. Beati* quoque, ut forsan in *Epod*. VIII. 11. certe in Ammiano, XXV. 3. p. 42. *Anatolium quæsivit officiorum magistrum: quem cum beatum fuisse Sallustius respondisset præfectus, intellexit occisum.*

14. Πάτρωνι. *Patrono*. Menophilus erat vel *cliens* vel *libertus* viri, quicunque fuerit, in titulo memorati.

Notissima est relatio inter patronos et clientes: sed *liberti* quoque erat relativum *patronus*, ut patet ex Cicer. ad Famil. XIII. 21. fin. et Tacit. *Hist*. I. 2. Hinc *jus patronatus* erat quod habuit patronus in libertum: *Digest*. 37. Tit. 14. p. 1740.

Conjeceram πάτρωϊ, i. e. *patruo*: conf. Port. *Lexic. Herod*. in VI. 103. Sed nil opus: vocem usurpat Græco-Romanus, quæ dialecto vetustiore erat προστάτης. Conf. Demosth. *Contr. Aristogeit*. 788. 5. Sophocl. *Œdip*. R. 411. Ex titulis, Arundellianum inter Apamenses, *Itiner*. p.349. ὁ δῆμος ἀπολλωνιάτων = τῶν ἀπὸ ῥυνδάκου ἐτίμη = σεν τιβέριον κλαύδιον τιβε = ρίου υἱὸν κυρεῖνα μιθριδάτην = ἀρχιερέα τῆς ἀσίας τὸν ἑαυτῶν = προστάτην. Videtur Mithridates fuisse *patronus* eorum apud Apamenses. Hoc, concesso quod Leakius, vir clarus, ponit in not. ad Arundel. *Itiner*. p. 109. Notet vero lector memorari in titulo *statuam positam*, non *dedicationem*.

Ibid. Ἐπὶ χάριν. *In gratiarum relationem*. Verterim Angl. (nisi nomen patroni fuerit *Eutychus*), *to his deceased patron ..... chondrus, in testimony of his gratitude*. Ἐπὶ finalem causam indicat, ut in *Nub*. 254. ἐπὶ τί στέφανον; et in *Euthydem*. p. 274. a. ἐπ' αὐτό γε τοῦτο πάρεσμεν, ὦ σώκρατες, ὡς ἐπιδείξοντε, κ. τ. λ.

Glossa Hesychiana est, χάρις, ἀμοιβὴ κατὰ εὐεργεσίαν, et sic habemus in Demosthen. *De Coron*. 267. 7. τὸ χάριν τούτων ἀποδοῦναι. Illustrant vocem fuse Elsner *Obss. Sacr*. I. p. 207. Wetstein. N. T. I. p. 694. in S. Luc. VI. 32.

16. Πατρί. An conditoris? Nomen quod Asclepiadem præit credo mutilum esse, quanquam et Χόνδρος Græcum sit.

Propter sensum pietatis insignem, titulum refero quem in lapide fonti super-

πιάδῃ πατρί, μνήμης
χάριν.

ANNOTATIONES CRITICÆ ET EXEGETICÆ.

Posito conspexi prope *Marmoram* (seu *Mermeram*), quæ *Exustæ* situm occupare conjicit Smithius, olim legationi Britannicæ apud Constantinopolitanos a sacris. Vid. p. 233. Hic et inter Arundellianos extat, p. 367.

ΜЄΛΤΙΝΗΑΠΟΛΛωΝΙ
ω_ΤωΕΑΥΤ ΗϹΑΝΔΡΙ
ΚΑΙΛΟΥ·ΚΙΟϹΤωΠΑ
ΤΡΙ-ΕΠΟΙΗϹΑΝ
ΜΝΕΙΑϹΕΝΕΚΕΝ

AUCTARIUM NOTARUM

AD

VARIETATEM LECTIONUM ET REM CRITICAM SPECTANTIUM,

IN QUO PLURIMA QUÆ IN IIS OCCURRUNT PENITIORE STUDIO DIGNA EX AUCTORIBUS FIDEI PROBATISSIMÆ TUM ILLUSTRANTUR AMPLIUS, TUM EMENDANTUR.

ACCEDUNT

INDICES MEMORABILIUM, ET LOCUTIONUM ET RERUM, IN FASCICULO.

EPHESUS.

Pag. 17. Tit. I.

Hanc epigraphen reperient lectores descriptam in libro Pocockiano(*a*). Mirandum est tot erroribus scatuisse apographum viri docti, quum fieri nequibat quin conspicua magis atque definita apparuerint elementa ætate qua monumenta Asiana perlustravit, quam nunc, quum pauciora quæ restant situ, ut plurimum, et contrectatione deformata cernuntur.

Appono enucleationem Pocockii, tantum punctiunculis voces, quatenus fieri poterat, distinguens. Legentibus fructum, quem percepturi sint, linquo.

a.

ΕΙ . ΑΛΛΗ . ΚΑΙ . ΠΑ .
ΤΑΧΟΥ . ΑΝΕΙΣΘΑΙ . ΑΥΤΗΣ . ΙΕΡΑ . ΤΕ . ΚΑ***
ΑΥΤΗ . ΤΕ . ΕΙΔΡΥΣΘΑΙ . ΚΑΙ . ΒΩΜΟΥΣ . ΑΝΑΚΕΙΣ***
ΤΑΣ . ΥΠΑΤΗΣ . ΓΕΙΝΟΜΕΝΑΣ . ΕΝΕΡΓΕΙΣ . ΕΠΜΑΝΕΙ***
*

(*a*) "Inscriptt. Gr. et Lat." p. 34. (Ser. secund. Ephes. n. 1.)

*
ΚΑΙ . ΤΟΥΤΟ . ΔΕ . ΜΕΓΙΣΤΟΝ . ΤΟΥ . ΠΕΡΙ . ΑΥΤΗΝ . ΣΕΒΑΣ
ΜΟΥ . ΕΣΤΙΝ . ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ . ΤΟ . **ΩΝΥΜΟΝ . ΑΥΤΗΣ
ΕΙΝΑΙ . ***ΜΗΝΑ . ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΝ . ΠΑ**Ν . ΜΕΝ . ΑΡΤΕΜΙΣ
ΩΝ . ΠΑΡΑ . ΔΕ . ΜΑΚΕΔΟΣΙΝ . ΚΑΙ . ΤΟΙΣ . ΛΟΙΠΟΙΣ . ΕΟΝΕΣΙΝ .
ΤΟΙΣ . ΗΛΛΗΝΙΚΟΙΣ . ΚΑΙ . ΤΑΙΣ . ΕΝ . ΑΥΤΟΙΣ . ΠΟΛΕΣΙ .
ΜΑΡΤΕΙΣΙΟΝ . ΕΝ . Ω . ΜΗΝΙ . ΠΑΝΗΓΥΡΕΙΣ . ΤΕ . ΚΑΙ . ΙΕΡΟ***
Ι*ΑΙ . ΕΠΙΤΕΛΟΥΝΤΑΙ . ΔΙΑΦΕΡ**ΤΩΣ . ΔΕ . **ΑΙ
ΤΕΡΑ . ΠΟΛΕΙ . ΤΑ . ΤΡΟΦΩ . ΤΗΣ . ΙΔΙΑΣ . ΘΕΟΥ . ΤΗΣ . ΕΦ***
ΑΣ . ΠΡΟΣΗΚΟΝ . ΔΕ . ΕΙΝΑ . ΜΗΤΟΥΜΟΣ . Ο . ΔΗΜΟΣ .
ΕΦΕΣΙΩΝ . ΟΛΟΝ . ΤΟΝ . ΜΗΝΗ . ΤΟΝ . ΕΝΩΝΥΜΟΝ . ΤΟΥ . ********
ΝΟΜΑΤΟΣ . ΕΙΝΑΙ . ΙΕΡΟΝ . ΚΑΙ . ΑΝΑΚΕΙΣΘΑΙ . ΤΗ . ΘΕΡ .
ΕΔΟΚΙΜΑΣΕΝ . ΔΙΑ . ΤΟΥΔΕ . ΤΟΥ . ΨΗΦΙΣΜΑΤΟΣ********
ΝΑΙ . ΤΗΝ . ΠΕΡΙ . ΑΥΤΟΥ . ΘΡΥΣΚΕΙΑΝ . ΔΙΟ . ΔΕ . ΔΕΔΟΧ**
ΟΝ . ΤΟΝ . *ΗΝΑ . ΤΟΝ ΑΡΤΕΜΙΣΙΩΝΑ . ΕΙ***********
*ΑΣ . ΙΕΡΑΕ . ΑΓΕΣΟΑΕΙ . ΔΕ . ΕΠΑΥΤΑΙΣ . ΜΗΝ******
*ΕΙΟΥΣ . ΤΑΣ . ΕΟΡΤΑΣ . ΚΑΙ . ΤΗΝ . ΤΩΝ . ΑΡΤΕΜ*******
*ΥΡΙΝ . ΚΑΙ . ΤΑΣ . ΙΕΡΟΜΗΝΙΑΣ . ΤΕΙΟΝ . ΜΗΝΟΣ . Ο****
*ΝΟΥ . ΤΗ . ΘΕΩ . ΟΥΤΟΥ . ΤΟ . ΓΑΡ . ΕΠΙ . ΤΟ . ΑΜΕΙΝΟΝ . ΤΑΣ
*ΝΗΣ . Η . ΠΟΛΙΣ . Μ******ΙΔΟΞΟΤΕΡΑ . ΤΕ . ΚΑΙ . ΕΥΔ**
ΕΙΣ . *******ΝΤΑ . ΔΙΑΜΕΝ********

De VV. LL. in hoc apographo pauca monitos velim lectores.

Sordes in initio prætermitto. Ex v. 2. elicienda fortasse, **πανταχοῦ ἀνίστασθαι** (vel **καθίστασθαι**) **αὐτῆς ἱερά**. Atqui repetitio usque ad nauseam conjunctionum incuriam describendi evincunt.

Dein, in v. 4. luculenta est expressio per *γεινομένας* computi Macedonici per Menses *lunares*(*a*), quæ Pocockium omnino fugerat. Quid illud monstrum ΕΠΜΑΝΕΙ ?

In v. 7. omittitur prorsus mentio Ægyptiorum. Atqui hoc certe negligentiæ tribuendum est, quum in marmore apparuerit prima syllaba mensis cum linea suprascripta, quasi ad rem luculentius notandam. Extitisse memini ΠΤΑ.

In v. 8. eximie operam navat in ΕΟΝΕΣΙΝ, ex quo facile colligimus, quod dedi in VV. LL. *ἔθνεσιν*. Sed quid judicandum est de seqq ? Ex Pocockianis

(*a*) Vid. Usserii "Dissert. de Macedonum et Asianorum anno solari," c. 1. (vol. VII. p. 352.) Conf. Passow, *Handw. der Gr. Spr.* Anh. III. §§. 1. ss.

peti ex Ægyptiis ad firmandam religionem decreti. Non equidem extant in apographo Pocockiano; sed hoc describentis vel festinationi vel negligentiæ tribuendum, ut oculis locum perlustranti constabit.

Horum erant Phamenoth, Pharmuthi, menses, ut dicuntur, aratorii, et aquatici, Pachons, Paoni, qui invicem succedebant(*a*). Ex hisce primus, auctore Rosino, cum Artemisio congruebat, secundus vero, ex computatione Usseriana; tertius a ratione Plutarchea non multum discedit; quartus, Paoni, aliquantulum habet commune cum Artemisio Philippi.

Tentes nunc Pachons, qui et Beshens (notante Wilkinsono) apud Coptos audivit. In syllaba prima conspicere est fere nomen Niliacum Artemidis, Pasht, Græcorum ritu expressum Bubastis(*b*). Sic prodiret aliquatenus et nominis et facti convenientia, quam in ceteris frustra quæsiveris.

Cum hisce conferenda est Tabula mensium Ægyptiorum in Wilkinsoni opere laudato. Rationes viri præstantissimi in ante dictis sequutus sum.

Ceterum in hac re tota maxima intercedit difficultas, ut bene notat Schæferus(*c*), propter veterum in rebus chronologicis imperitiam astronomicisque, adeoque frequentem intercalandi necessitatem. Reputandum est insuper Macedonum annos fuisse et Lunares Solaresque, ut adeo Lous (ut exemplum petam a Plutarcho(*d*)) hac ratione Hecatombæoni, illa Boëdromioni ad invicem responderet: et sic res se fert; nam in Tabula Passovii (ex Idelero descripta) Lous ille, secundum epistolam regiam, Boëdromioni congruit, sed ex ratione Plutarchi, Hecatombæoni.

Consimiliter in aliorum fastis res se habet. Sic, ut exemplum citem, Panemum Bœotorum addicit Plutarchus Metageitnioni in uno loco(*e*), in altero(*f*), Boëdromioni. Quomodo enim poterat res ad amussim constitui, quum menses non fuerint inter se παραλλήλως dispositi?

Quod ad titulum nostrum spectat, res in propatulo est, nempe argumentum

(*a*) Vid. "Manners and Customs of the ancient Egyptians," by Sir J. Gardner Wilkinson, F.R.S., etc., vol. IV. p. 14.

(*b*) Vid. Not. Tit. I. 7. p. 19.

(*c*) Conf. Not. in *Orat. de Corona*, Edit. Demosth. vol. V. p. 227.

(*d*) Ubi supra, not. (*c*), pag. præc.

(*e*) Conf. *Vit. Camilli*, c. XIX. (vol. II. p. 66. Tau.) Ἀνάπαλιν δ' ὁ Μεταγειτνιὼν, ὃν Βοιωτοὶ Πάνεμον καλοῦσιν, Ἕλλησιν οὐκ εὐμενὴς γέγονε.

(*f*) *Vit. Aristid.* c. XIX. (vol. III. p. 232. Tau.) Ταύτην τὴν μάχην ἐμαχέσαντο τῇ τετράδι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου κατ' Ἀθηναίους, κατὰ δὲ Βοιωτοὺς τετράδι τοῦ Πανέμου φθίνοντος.

scribæ confici ex synchronismo q. prox. cærimoniarum. Erat mensis, apud Ægyptios, Artemidi sacratus, quocum ferme congruebat Ephesinus ab ea cognominatus, necnon Macedonum et Lacedæmoniorum. Minime necessarium est congruentiam absolutam hic haberi; satis est ponere, sub idem tempus anni observatam fuisse relligionem, ut vis Psephismati debita accederet, eamdem, et in omne tempus, apud Ephesinos constituenti, in mense *propemodum* congruo, pariterque a numine cognominato.

In hoc argumento tractando doleo vehementer deficere tantum schedas Pocockianas. Vestigia elementorum in marmore, quæ scrutatus sum, evanida adeo et situ cooperta, certo certius tantum nitoris habebant dum Pocockius ibi diversaretur, ut meliorem apparatum quam in paginis ejus cernitur expectaremus. Festinabat nimium fortasse, ut conjicere licet ex eo quod titulum panegyricum (inter nostros secundum) qui in proxima facie monumenti insculptus fuerat vel non vidit, vel incuriosius prætermisit.

Pag. 20. Ibid. v. 12.

Τροφῷ. Illustrat amplius sensum vocis h. l. quod de Sardibus prædicatur in Epigr. Macedon. xxxii. 5. in Brunck. *Avalect.* T. iii. p. 120.

Αὐτὴ καὶ βρομίῳ γενόμην τροφός . . . . .

Pag. 21. Ibid. v. 15.

Ἀνακεῖσθαι. Si desideretur vocis uberior illustratio, adeat lector Herodian. vii. 4. (p. 198. Tau.) *Καὶ εἴ τινα ἦν χρήματα πολιτικὰ εἰς εὐθηνίας ἢ νομὰς τῶν πολιτῶν ἀθροιζόμενα, εἴτε θεάτροις ἢ πανηγύρεσιν ἀνακείμενα, εἰς ἑαυτὸν μετῆγε.* Nempe Maximinus.

Eodem modo poeta in Osanni *Syllog. Inscript.* iii. 149. p. 446.

Ἄλσος μὲν μούσαις ἱερὸν λέγε τοῦτ' ἀνακεῖσθαι.

Conf. Jacobs. *Antholog. Pal.* Tom. ii. n. 113. p. 796.

Pag. 23. Ibid. v. 22.

Θεῷ. Ex nota supr. ad v. 6. expectaveris Θεοῦ, quæ constructio usitatior est. Errorem quemdam irrepsisse suspicatus sum, atqui et Pocockius habet dativum. Apographum docti viri hac parte miserrime deficit.

Pag. 23. Ibid. v. 24.

Εἰς πάντα δ. χρ. Non absimilis est idololatrarum Stratonicensium gloriatio in titulo insigni quem ex Sherardi schedis dudum retulit Chishullus(*a*): Ὑπὲρ τοῦ ἴσην εἰς τὸν πάντα αἰῶνα τὴν αὐτὴν διαμεῖναι τῆς ἀνθαιρέσεως τάξιν, καὶ θρησκείαν, καὶ εὐσέβειαν τῶν θεῶν. Jovis nempe, et Hecates.

Pag. 25. Tit. II. v. 8.

Προεστῶτος τῆς π. Diserte, credo, memoratur Panegyriarcha, ad quem pertinebat procuratio ludorum, rerumque omnium quæcunque ad splendorem panegyreos augendum conferre poterant. Erat nempe officium majoris dignitatis quam Agonothetæ, qui certaminum rationem tantum moderabatur(*b*).

Ceterum uterque magistratus hic, ut in plerisque marmoribus, connectitur, ut in titulo Sponiano(*c*) ab Eckhelio allato, ΠΑΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ . ΚΑΙ . ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ . ΤΩΝ . ΜΕΓΑΛΩΝ . ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΩΝ . ut et in Gruteriano(*d*), ibidem. Distinxi ideo clausulam ita ut referatur Marcianus Præses simul Conventus, et Certaminum Moderator, idemque filius Titi Ælii Prisci.

In sacris codd. προΐστασθαι dicuntur Ecclesiæ rectores, ut in *Epist. ad Thessal.* I. 5. 12. fortasse cum respectu ad Ethnicorum magistratuum titulos.

Pag. 26. Ibid. v. 13.

Ἀποδοχῆς ἀξίου. I. e. εὐπροσδέκτου, *acceptabilis*. Sic, *acceptus*, *accipere*, ἀποδέχεσθαι, ut in Herodiano; ἅπερ ὁρῶντες οἱ στρατιῶται, οὐ πάνυ τι ἀπεδέχοντο, ἀπηρέσκοντό τε αὐτοῦ τῷ βίῳ, ὡς ἀνειμένῳ μᾶλλον ἢ κατ' ἄνδρα στρατιωτικόν(*e*).

Pag. 27. Tit. III. v. 10.

Τιμήν. Nempe, ἀνδριάντα, εἰκόνα. Illustrat Herodian. καὶ τὰς μὲν τοῦ Μαξιμίνου τιμὰς καθῄρουν, εἰκόσι δὲ καὶ ἀνδριάσι Γορδιανοῦ τὰς πόλεις ἐκόσμουν. Iterum; ἀνδριάντες οὖν καὶ εἰκόνες, τιμαί τε πᾶσαι τοῦ Μαξιμίνου κατεσπῶντο(*f*).

(*a*) Vid. Antiqq. Asiat. p. 154. s.

(*b*) Conf. Vandalium, *Dissert.* VII. c. 1. pp. 506. ss.; Eckhel. (in cap. de magistrat.) vol. IV. pp. 215. ss.

(*c*) *Voyage*, T. III. part. II. p. 129. cit. in Eckhel, u. s.

(*d*) Inscriptt. p. 1091. 4.

(*e*) *Hist.* V. 3. (p. 130. Tau.)

(*f*) *Hist.* VII. 5. extr.; dein, 7, (p. 206. Tau.)

Illustrat porro titulus Thyatirenus quem in justo loco invenient lectores ex libro Smithii relatum, sc. *ἀναστησάντων τὴν τιμὴν* 'Ανδρονείκου etc.(*a*).

Notandum est hanc epigraphen reperiri in libris Pocockii Sponiique(*b*), sed in utroque errores scatent.

* * * * * * * *

Tituli qui sequuntur notabiles sunt propter illustrationes quas secum ferunt et rei historicæ et politiæ. In legentium gratiam distinxi voces ab invicem punctiunculis, ut feci supra in apogr. Pocockiano, p. 2.

b.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ.(*c*) ΚΑΙΣ*
ΡΟΣ. ΘΕΟΥ. ΤΡΑΙΑΝΟΥ. ΠΑΡ
ΘΙΚΟΥ. ΥΙΟΥ. ΘΕΟΥ. ***ΟΥΑ
*ΙΩΝΟΥ. ΤΡΑΙΑΝΟΥ. ΑΔΡΙΑΝΟΥ.
ΣΕΒΑΣΤΟΥ.
Η. ΦΙΛΟΣΣΕΒΑΣΤΟΣ.
ΕΦΕΣΙΩΝ. ΒΟΥΛΗ. ΚΑΙ. Ο. ΝΕΩ
ΚΟΡΟΣ. ΔΗΜΟΣ. ΚΑΘΙΕΡΩΣΑΝ.
ΕΠΙ. ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ. ΠΕΔΟΥΚΑΙ
ΟΥ. ΠΡΕΙΣΚΕΙΝΟΥ. ΨΗΦΙΣ
ΜΕΝΟΥ. ΤΙΒ. ΚΛ. ΙΤΑΛΙΚΟΥ.
ΤΟΥ. ΓΡΑΜΜΑΤΕΩΣ. ΤΟΥ. ΔΗ
ΜΟΥ. ΕΡΓΕΠΙΣΤΗΣΑΝΤΟΣ.
ΤΙΒ. ΚΛ. ΠΟΙΣΩΝΕΙΝΟΥ.

(*a*) Vid. "Notices of the Seven Churches of Asia," p. 228.

(*b*) Conf. "Inscriptt. Gr. et Lat." p. 34. n. 1.; et "Miscell. erudit. Antiq." p. 356. n. 98.

(*c*) Αὐτοκράτορος. Titulus est ex Pocockianis, *Inscr.* p. 19. n. 10. Habemus iterum descriptum (vv. 6-14.) in p. 36. n. 25.

In v. 6. φιλοσίβαστος incuriosius scribitur cum duplici Σ. Conf. infra, g. 4. Ceterum Epitheton bene illustratur a nummo ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΚΤΙΣΤΗΣ. quem citat inter imperatorios Eckhel. vol. II. p. 514.

In v. 9. invenimus factam τὴν καθιέρωσιν Hadriani, proconsule Priscino. Erat nempe M. Peducæus Priscinus, qui postea consulatum gessit cum Hœnio Severo in quarto anno Imp. Pii.

In v. 12. obv. γραμματίως. Insigne officium, ut liquet vel ex *Actt. Apost.* XIX. 34. consentientibus nummis Vaillantianis in Eckhel. II. 519. In v. 14, 7. legas Ε.

c.

Τ . ΦΑ . ΜΟΥΝΑΤΙΟΣ .(*a*) ΦΙΛΟΣΕΒΑΣΤΟΣ . Ο . ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ . ΚΑΙ . ΑΣΙΑΡΧ**
ΤΗΣ . ΠΡΩΤΗΣ . ΚΑΙ . ΜΕΓΙΣΤΗΣ . ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ . ΤΗΣ . ΑΣΙ**
ΚΑΙ . Β . ΝΕΩΚΟΡΩΝ . ΤΩΝ . ΣΕΒΑΣΤΩΝ . ΕΦΕΣΙΩΝ . ΠΟΛ***

d.

Ο . ΔΗΜΟΣ .(*b*)
Ζ . ΝΕΩΚΟΡΩΝ .
ΤΩΝ . ΕΦΕΣΙΩΝ .

e.

ΔΕΕ . ΝΕΩΠΟΙΗΣΑΝ(*c*)**ΑΣΘΑ
Ι . ΠΡΥΤΑΝΕΩΣ . ΤΙΒΕΡΙΟΥ .
ΑΥΔΙΟΥ . ΔΙΟΔΩΡΟΥ . ΡΩΜΥ
**Υ . ΙΕΡΑΤΕΥΟΥΣΗΣ .
ΑΥΔΙΑΣ . ΟΥΑΛΗΡΙΑΝΟΥ .
**ΓΡΟΣ . ΒΑΛΗΡΙΑΝΗ .
ΙΕΡΟΚΗΡΥΚΙ .

(*a*) T. Φα. (vel. Φλ.) Μουνάτιος. Titulum habemus in Pocock. p. 37. n. 32. Integrum non descripsi. In v. 1. innuitur dignitas eximia Scribæ qui et Asiarcha fuit, h. e. ex primoribus civitatis. Conf. marmor Cuperianum in Eckhelio, vol. IV. p. 197.

En porro fastum in v. 2.! Notissimæ sunt jactationes Ephesinorum, qui se ferebant δὶς, τρὶς, immo τετράκις νεωκόρους, urbemque ipsam πρώτην μητρόπολιν τῆς Ἀσίας. Hæc illustrantur ex Titt. Pocock. 4. 7. p. 18., ampliusque ex nummis Hadriani et Ælii, Caracallæ, Maximini, Macrini, præsertim vero Elagabali, cujus nummum citat ex Pellerinio Eckhelius, ΕΦΕCΙΩΝ . Δ . ΝΕΩΚΟΡ . Η . ΠΡΩΤΗ . ΠΑCΩΝ . ΚΑΙ . ΜΕΓΙCτη. *Doctr. Num. Vet.* vol. II. p. 521.; Pellerin. *Suppl.* II. p. 78.; Hæc fusius tractanda in Auctar. ad Tit. VIII. 5.

(*b*) Ο δῆμος. Inscr. Pocock. p. 37. n. 30.; Errorem notes in v. 2.; Erat fortasse ΔΙΣ, vel Β.

(*c*) Νεωποιήσαντος. Hic titulus est ex Pocockianis, p. 36. n. 23. Restituendus videtur v. 1. δὶς νεωποιήσαντος ἀρχι . . . Dein Nomina propria, Κλαυδίου . . . Ρωμύλου . . . Κλαυδίας. Θυγατρός in v. 6. In v. ult., si vera sit lectio ἱεροκήρυκι, de persona agitur cujus nomen in titulo manco deest. Sed conjicere possumus ἱεροκήρυκος, cum Οὐαλη-

f.

ΛΟΣ
ΕΡΜΙΟΥ.
ΝΕΩΠΟΙΗΣ***
ΣΤΕΦΑΝΩΘΕΙΣ.
ΥΠΟ. ΤΗΣ. ΒΟΥΛΗΣ.
ΚΑΙ. ΤΟΥ. ΔΗΜΟΥ.
ΧΡΥΣΕΩ. ΣΤΕΦΑΝΩ. (*a*)

g.

ΤΟ. ΜΝΗΜΕΙΟΝ. ΚΑΤΗ. ΚΑΤΑ. ΑΥΤΟΥ. ΚΑΜΑΡΑ.
**Ι. Η. ΥΠΟ. ***ΚΙΝ. ΚΑΜΑΡΑΝ. ΣΟΡΟΣ. ΚΑΙ. Ο. ΠΕΡΙΚΕ
ΜΟ*Τ*ΝΓΟΛΟ* ΚΑΙ. ΤΑΤΑ. ΤΟΥ. ΠΕΡΙΒΟΛΟΥ. ΠΑΝΤΑ.
ΕΣ. Σ. ΤΙΝ. ΦΛΑΒΙΑΣ. ΛΛΛ. (*b*)

ριανοῦ conjungendum, cujus erat filia Claudia Valeriana, nam excidisse Σ in fine v. 6. pro certo arbitror.

Mentio Neopœi et in hoc et sequenti notabilis est. Erant in civitatibus Asianis collegia Neopœorum, ut ex Aphrodisiensibus constat, quorum officium designatio satis indicat, nempe, Templorum procurationem.

Nomen Prytanis ex Atheniensium, ut notissimum est, politia desumitur. Erant et horum collegia, quorum primus (ἀρχιπρύτανις) fuit Eponymus in Pergamo, Epheso, Mileto, etc. ut patet ex Sponii *Miscell.* p. 348.; Josephi *Antiqq.* xiv. 10. 12.; Chandleri *Inscr. Antiq.* p. 17. Hisce vestigiis conjeci in præsenti, ἀρχιπρυτάνεως. Conf. Eckhel. *De Magistr.* vol. iv. p. 200.

(*a*) Χρυσέῳ στεφάνῳ. Conf. Lucian. in Timone, §. 51. Titulus hic allatus est Pocockii n. 8. p. 35. quocum comp. p. 36. nn. 23. 26.

(*b*) Vid. Pocock. u. s. p. 19. n. 16. Hunc titulum et ipse vidi, et descripsi, in vertice arcus insculptum qui stadii antiqui Ephesinorum ambitum ornat. Pocockio misere res cessit, ut ex sequenti explicatione a me facta patebit.

> Τὸ μνημεῖον, καὶ ἡ κατ' αὐτὸ καμάρα,
> καὶ ἡ ὑπὸ τὴν καμάραν σορός, καὶ ὁ περικείμενος περίβολος, καὶ αἱ κατὰ τοῦ περιβόλου σοροὶ δύο, καὶ τὰ ἐντὸς τοῦ περιβόλου πάντα ἐστὶν (sic) Φλαβίας ἄδας.

In hisce jus sepulcrale constitutum habemus. Vox καμάρα in sensu parili occurrit in *Marmor. Oxon.* Tit. LXXX. p. 115. Dein (ut obiter notem) appellatur *Heroum*, in v. 6. Conf. Teia Pocockii, p. 21. nn. 6. 7.

h.

DIANAE(*a*) . EPHESIAE . ET . IMP . CAESARI .
ΑΡΤΕΜΙΔΙ . ΕΦΕΣΙΑΙ . ΚΑΙ . ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ .
AVG . ET . TI . CAESARI . AVG . F .
ΚΑΙΣΑΡΙ . ΣΕΒΑΣΤΩΙ . ΚΑΙ . ΤΙΒΕΡΙΩΙ .
ET . CIVITATI . EPHESIORVM . CAIVS .
ΚΑΙ . ΔΗΜΩΙ . ΤΩΝ . ΕΦΕΣΙΩΝ . ΓΑΙΟΣ .
SEXTILIVS . P . F . VOT .
ΣΕΞΤΙΛΙΟΣ . ΠΟΠΛΙΟΥ . ΥΙΟΣ . ΟΥΟΤΟΥΡΙΑ .
POLLIO . CVM . OFILLIA . A . F
ΠΟΛΛΙΩΝ . ΣΥΝ . ΟΦΕΛΛΙΑ . ΑΥΛΟΥ . ΘΥΓΑΤΡΙ .
BASSA . VXORE . SVA . ET . C .
ΒΑΣΣΗΙ . ΤΗΙ . ΕΑΥΤΟΥ . ΓΥΝΑΙΚΙ . ΚΑΙ . ΓΑΙΩΙ .
OFILLIO . PROCVLO . F . SVO .
ΟΦΕΛΛΙΩΙ . ΠΡΟΚΛΩΙ . ΤΩΙ . ΕΑΥΤΟΥ . ΥΙΩΙ .
CETEREISQVE . LEIBEREIS . SVEIS .
ΚΑΙ . ΤΟΙΣ . ΛΟΙΠΟΙΣ . ΤΕΚΝΟΙΣ .
PONTEM . D . F . SVA . PECVNIA . FACIVNDVM . CVRAVIT .
ΤΗΝ . ΓΕΦΥΡΑΝ . ΕΚ . ΤΩΝ . ΙΔΙΩΝ . ΑΝΕΘΗΚΕΝ .

* * * * *

Conspicitur in v. ult. error lapicidæ pro ἰστίν, ut supra in Tit. (b.) v. 6. p. 143.

Nomen proprium, ibid., ΑΔΑ, est ex illustrioribus. Vid. Arrian. I. 23.; Diodor. XVI. 19.; Strab. XIV. 2. (p. 201. Tau.); Hinc sua Freinshemius in Supplem. Curtian. II. 7.

(*a*) Hic titulus insignis in apographo Sponiano (*Voyage, etc.* T. I. p. 325. edit. de la Haye, 1724.) exstat. Conspexi et ipse iter faciens Portum versus Ephesinum (hod. *Scala nuova*), mendaque, unum et alterum, in Sponii libro correxi.

Inprimis: pontem habemus exstructum in honorem Dianæ, Cæsarum, Civitatis Ephesinæ, a Caio Sextilio Pollione, Publii filio, e tribu Veturia, una cum conjuge sua Ofillia, liberisque, Caio Proculo etc., idque, ut in clausula memoratur D. F., h. e. *data fide*, vel *dono facto.*

Dein, in v. 7, in compendio VOT. hæserim, ni opem tulisset versio Græca. Conjicienda erant *voti ergo*, vel *reus*, vel *Voltinia.* Sed plane comparet in v. 8. ΟΥΟΤΟΥΡΙΑ, i. e. *Voturia*, ut a Panvinio scriptam *Veturiam* invenio, in *libr. de Civ. Rom.* cap. 50. Hanc tribum memorat Livius, in XXVI. 22.

Designatio per tribus affatim illustranda venit ex veteribus monumentis: ex. gr. in

LAODICEIA.

Pauca hic monenda censui de Laodiceia (πρὸς τῷ Λύκῳ(a)) quam ex Ecclesiis Asianis post Ephesinam proximam adibam. Qui plura velit, copiosius disserentes habebit doctissimum, inprimis, Eckhelium in libr. de *Num. Vet.* pp. 250. ss. cit. in *Doctr. Num.* vol. III. pp. 158. 162.; Stoschium, *Syntagm. Dissert.* VII. de Urbb. Apocalypt. p. 165.; Wetstein. *Nov. Test.* vol. II. p. 284.; Cellar. in *Geograph. Antiq.* III. 4. 59.; Inter Nostrates, Gibbonum, in Cap. II. et nuperrime, Arundellum, "*Visit to the seven Churches of Asia,*" pp. 85-90, ex Smithio, Pocockio, Chandlero. Veterum notitiæ conspiciuntur in Livio, XXXIII. 18.; Tacit. *Annal.* IV. 55., XIV. 27.; Plin. V. 29. 3.; Strabon. XII. 8. (T. III. p. 74. Tau.)

Nummi quos ex Vaillantio, Pellerinio, etc. excitat Eckhelius illustrant optime quæ a Strabone in loc. mem. traduntur de civium φιλοπατρίδων, Zenonis et Polemonis, munificentia. Tituli, inter alios, sunt, ΠΟΛΕΜΩΝ . ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΣ . et ΖΗΝΩΝΟΣ . ΖΗΝΩΝ . ΥΙΟΣ . ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ . ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ . (b) Sed quæro frustra Stephanephori inter magistratus mentionem, qui in titulo Sponiano infr. luculenter apparet. Nec melius cedit res de Anthypatis quæstionem moventi, inter quos memoratur in titulo altero Sponiano Trajanus.

Magistratus ceteri bene multi cernuntur in recensu Eckheliano, nempe Γραμματεῖς, Στρατηγοί, 'Ασιάρχαι, Σοφισταί, Πολίαρχοι, quibus accedunt 'Αρχιερεῖς(c).

Neocori quoque, decreto Senatus; dein, ter Neocori, et Primi, in nummis Caracallæ, prædicantur Laodicenses(d).

Hæc de civitatis amplitudine. Qui de fortunis ulterius requirat, breviter enarratas accipiet in Oraculi Divini effato; "Οτι χλιαρὸς εἶ, καὶ οὔτε ψυχρὸς, οὔτε ζεστός, μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου!(e) Veridicæ Sancti Spiritus minæ! Civitatem, quam ἡ τῆς χώρας ἀρετὴ, καὶ τῶν πολιτῶν τινες εὐτυχή-

lapide Brixiano, apud Pitiscum, vol. III. p. 638.

C . IVLIO . C . F .
FAB . SCAPT .
CAESARI .
AVGVSTO .

(a) Vid. Strab. XII. 8.; Philostr. de Vit. *Sophist.* p. 530. cit. in not. Harduin. ad Plin. V. 29. 3.

(b) Eckhel. *D. N.* vol. III. p. 162.

(c) Ibid. p. 161.

(d) Ibid. p. 165.

(e) Apocalyps. III. 16.

σαντες, μεγάλην ἐποίησαν(*a*), illustrem revera, et ornatissimam, ut cernere obvium est vel ex ruderibus quæ etiam nunc restant templorum theatrorumque, terreni motus, et hostium efferatorum insolentia, jamdudum solo adæquaverunt. Nec restat Ecclesia. Barbari tantum in tuguriis habitant, solumque colunt; nec in aulis proavorum conveniunt sacerdotes, nec in delubris sacris ministeria exercent.

Situm hodiernum, *Esky-hissár*, (اسكى حصار) adii XIV Kal. Octobr., itinere per Aphrodisiadem et Antiocheiam confecto. Solum illustre peragravi, interque solitudines pristinæ magnificentiæ indicia plurima agnovi, sed epigraphas, quæ saltem vel intelligi poterant, vel describi, frustra quæsivi. Unam alteramve in schedis reponere conabar, sed laborem infructuosum refugi, adeo deleta fuerant vestigia, et igne quasi absumpta. Non retuli ideo in corpus titulorum hujus fasciculi pauca illa et incondita quibus apud hunc situm incidi, noto quod felicioribus auspiciis Sponius aliique ex antecessoribus meis rem fuerant aggressi. Dicam tantum me vidisse, et aliquatenus exarasse, titulorum, quos legentibus nunc offerendos judicavi, primum, qui in lapide quadrato marmoreo, amphitheatrum juxta, adhuc conspicitur. Literarum typos memini (quod dicunt) *adamantiformes*, omnino ut in titulo (n. XXXVI. p. 122.) quem in vico *Kirkagadj* descripseram.

Ex Sponianis(*b*) referenda duxi seqq.

a.

ΤΙΤΩΙ . ΚΑΙΣΑΡΙ . ΣΕΒΑΣΤΩΙ . ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΩΙ .
ΥΠΑΤΩΙ . ΤΟ . Ζ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ . ΘΕΟΥ . ΟΥΕΣ
ΠΑΣΙΑΝΟΥ . ΥΙΩΙ . ΚΑΙ . ΤΩΙ . ΔΗΜΩΙ . ΝΕΙΚΟΣ
ΤΡΑΤΟΣ . ΛΥΚΙΟΥ . ΤΟΥ . ΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ . ΤΟΥ
ΤΟΝ . ΤΟΝ . ΛΙΘΟΝ . ΕΚ . ΤΩΝ . ΙΔΙΩΝ . ΑΝΕΘΗ
ΚΕΝ . ΤΑ . ΠΡΟΣΛΕΙΨΑΝΤΑ . ΤΟΥ . ΕΡΓΟΥ . ΤΕ
ΛΕΙΩΣΑΝΤΟΣ . ΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ . ΚΛΗΡΟΝΟ
ΜΟΥ . ΑΥΤΟΥ . ΚΑΘΙΕΡΩΣΑΝΤΟΣ . ΔΕ . ΤΟΥ
ΤΡΑΙΑΝΟΥ . ΤΟΥ . ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ.

(*a*) Strab. ubi su. p. 74. Tau.

(*b*) *Voyage, etc.* Tom. I. pp. 329. seq. Primum ex hisce excitatum video ab Eckhelio, ubi su. vol. VI. p. 435. qui, Sponio omisso, auctores tantum Muratorium et Chandlerum memorat, quorum hic edidit

Ætas hujusce inscriptionis ex verbis ineuntibus se prodit, sc. U. C. 832. et P. C. 79., annus nempe quo gesserat consulatum cum Tito Vespasianus.

Notabilis porro est v. ult. propter Trajanum proconsulem memoratum, qui dedicando monumento interfuit, cærimoniarum antistes. At quis Trajanus? Procul dubio qui proprætore Syriæ præfuerat in anno U. C. 829, regnante Fl. Vespasiano(*a*), quem appellat Plinius Patricium, Consularem, Triumphalem(*b*), et filii imperatoris pietas ad cælum evexerat(*c*).

Errasse ideo videtur Sponius, qui in hoc monumento tractando de Trajano filio cogitat. Ætas ejus in anno ante dicto muneri proconsulari non sufficit(*d*): nec idoneum satis argumentum profertur, quod nomen illustre postea in fastis Consularibus reperitur, nempe, florente Domitiano, in anno U. C. 844.

b.

ΜΝΗΜΑ . ΜΟΝΟΜΑΧΙΔΩΝ . ΔΟΘΕΝΤΩΝ . ΥΠΟ .
ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ . ΚΑΙ . ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ . ΔΙΟΚΛΕ
ΟΥΣ . ΤΟΥ . ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ . ΤΟΥ . ΜΗΤΡΟΦΙ
ΛΟΥ .

Μονομαχίδων. Editi nempe fuerant ludi a Diocle in quibus certamina *gladiatoria* eminebant.

Ceterum hic ablegatum velim Δ, ut sit ΜΟΝΟΜΑΧΙΩΝ. Voces Herodoteæ sunt *μουνομαχέειν, μουνομαχίη* (VII. 104., VI. 92.), quæ et *μονομάχιον* apud recentiores Græcos, deque contentione gladiatoria dicta fuit.

Illustrant rem Dio in XLIII. 22. 23. *Ἀνδρῶν ὁπλομαχίας ἐποίησεν ..... τοὺς δ' ἄνδρας συνέβαλλε μὲν καὶ ἕνα ἑνὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ, ὥσπερ εἴθιστο .... καί τινες καὶ τῶν ἱππέων .... ἐμονομάχησαν* .... Herodian I. 15. *μετοικισθῆναι ἐβούλετο εἰς τὸ τῶν μονομάχων καταγώγιον*. Dein statuæ Commodianæ titulus memoratur, *Μονομάχους χιλίους νικήσαντος*.

Quæ subjicit Dio in c. 23. de pugna gregaria revocat mentem ad Suetonii gladiatores *catervarios* in Octav. XLV. Conf. Calig. XXX. Hinc vis peculiaris Græco nomini adest.

in fine ΜΑΡΚΟΥ . ΟΥΛΠΙΟΥ . ΤΡΑΙΑΝΟΥ . *Inscr. antiq.* p. 30.

(*a*) Vid. Eckhel. (ex Spanhem. et Museo Pembrokian.) vol. III. p. 282. iterumque, VI. 434.

(*b*) Plin. Secund. *Panegyr.* IX.

(*c*) Eckhel. u. s. VI. 433.

(*d*) Ibid. p. 435.

Ceterum, ut antea notatum, obvius hic apud Laodicenses Stephanephorus, de quo magistratu posthac disserendum est inter Aphrodisienses.

PHILADELPHIA.

Pag. 33. Tit. IV. v. 7.

Βουλάρχου. Notissimum est *βουλὴν* apud Græcos recentiores designasse senatum municipalem: *σύγκλητον*, Romanum. Eckhel. *D. N.* iv. p. 224.

Qui curiarum municipalium præsides erant aliquando durante vita magistratum gerebant, ut ex tit. Thyatireno apud Sponium(*a*) constat: Η *πατρὶς* = Μ. *Αὐρ. Διάδοχον, ἱππικόν, τὸν ἀρχιε = ρέα τῆς Ἀσίας ναῶν τῶν ἐν Περγάμῳ, = καὶ ἀρχιερέα κατὰ τὸν αὐτὸν καῖρον = τῆς πατρίδος, καὶ διὰ βίου βούλαρχον.*

Pag. 36. Tit. V. vv. 6. 7.

Σπεῖον .... δόμον .... ἔσθορε. Comp. *Odyss. ν'*, 103. s.

Ἀγχόθι δ' αὐτῆς ἄντρον ἐπήρατον. ἠεροειδές,
Ἱρὸν νυμφάων, αἳ νηϊάδες καλέονται.

Sept. c. Theb. 448. s.

Κεραυνοῦ δέ μιν βέλος ἐπισχέθοι,
*Πρὶν ἐμὸν ἐσθορεῖν δόμον * * **

Pag. 40. Tit. VI. vv. 4. 7.

Μνήμης ..... ἥρῳον. Seqq. inter Reinesiana et Arundelliana invenio, quæ hanc materiam illustrant:

α'.

ΙΟΥΛΙΩ . ΠΕΛΟΠΙ .(*b*)
ΠΑΤΡΙ . ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ .
ΧΑΡΙΝ . ΑΙΩΝΙΟΥ . ΜΝΗΜΗΣ .
ΙΟΥΛΙΑ . ΘΑΛΕΙΑ
ΘΥΓΑΤΗΡ . ΕΠΟΙΗΣΕΝ .

(*a*) *Voyage, etc.* Tom. i. p. 313. xiii. 34. p. 708.
(*b*) Vid. Reines. *Syntagm. Inscr. Antiq.*

β'.

ΑΡΤΕΜΩΝ . ΖΜΥΡΝΗ .(a)
ΤΗ . ΙΔΙΑ . ΓΥΝΑΙΚΙ . ΚΑ
ΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝ . ΤΟ . Η
ΡΩΟΝ . ΕΚ . ΤΩΝ . ΙΔΙΩΝ .
ΜΝΕΙΑΣ . ΧΑΡΙΝ .
ΧΑΙΡΕΤΕ .

γ'.

ΑΓΑΘΗ . ΤΥΧΗ .(b)
ΤΟ . ΗΡΩΟΝ . ΚΑΙ . ΤΟΝ . ΕΠ . ΑΥ
ΤΟΥ . ΒΩΜΟΝ . ΚΑΤΕΣΚΕ
ΥΑΣΕΝ . ΙΟΥΒΕΝΤΙΟΣ .
ΡΟΥΦΟΣ . ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΣ .

. . . . . .

. . . .

Ibid. Tit. VII. v. 1.

'Αρτεμίδωρα. Conf. inscr. Smyrnæam infr. xxix. p. 109. necnon Pocockianos, 24, 25. 28. p. 24. Relatas video quasdam ex sarcophago Pario in *Diar. Classic.* Tom. v. p. 144. quarum in medio insculpta prorsus cum nostris congruit:

δ'.

ΙΣΙΑΣ
ΣΕΡΑΠΙΩΝΟΣ
ΧΡΗΣΤΗ
ΧΑΙΡΕ

* * * * * * *

(*a*) Vid. Arundelli op. "Visit to the Seven Churches of Asia," not. p. 307. Titulus est ex Leakianis, apud Palamudam descriptus, et notatu dignus est ob scribendi rationem, ΖΜΥΡΝΗ. Vid. p. 99.

(*b*) Hic titulus est Eumeniensis in Arundel. u. s. p. 377. Integrum non descripsi. Restant adhuc plures ejusdem viri docti, ad quos referendi legentes: ex Eumenia, pp. 371. 375. Ex Metropoli, p. 349. n. 9.

Video inter thesauros Sponianos titulum metricum, qui etiamnum inter rudera Philadelphena restat, sed cum literis adeo exesis ut oculorum aciem omnino fere effugiant. Simulacra literarum potius dixeris.

Sensus evidenter se prodit, nempe, fuisse epigraphen sepulcralem a quodam Aquila compositam in honorem conjugis quæ ætatis flore, nulla prole relicta, (*Spon.*), vita excesserat. En exemplar Sponianum(*a*):

ΞΑΝΘΙΠΠΗΝΑΚΥΛΑΜΝΗΜΗΝΒΙΟΥΠΑΡΕΛΩΚΕΝ
ΒΟΜΩΙΤΕΙΜΗΣΑΣΣΕΜΝΟΤΑΤΗΝΑΛΟΧΟΝ
ΠΑΡΘΕΝΟΣΗΣΑΠΕΛΥΣΕΜΙΤΡΗΝΗΣΩΡΙΟΝΑΝΘΟΣ
ΕΣΧΕΝΕΝΗΜΙΤΕΛΕΙΠΑΥΣΑΜΕΝΟΝΘΑΛΑΜΩΙ
ΤΡΕΙΣΓΑΡΕΠΕΙΚΟΣΙΟΥΣΤΕΛΕΩΣΕΒΙΟΝΕΝΙΑΥΤΟΥΣ
ΚΑΙΜΕΤΑΤΟΥΣΔΕΘΑΝΕΝΤΟΥΤΟΛΙΠΟΥΣΑΦΑΟΣ

Hæc forsan exhibenda:

Ξανθίππην Ἀκύλας(*b*) μνήμῃ βιότου παρέδωκεν
Βωμῷ τιμήσας σεμνοτάτην ἄλοχον,

quibuscum conf. titulum Smyrnæum Gruteri, 581. 9., cit. in Eckhel. II. p. 540.

(*a*) "Voyage, etc." p. 333.

(*b*) Ακύλας. Vid. *Actt. Ap.* XVIII. 26. Ignoscant lectores mihi in hoc titulo paullisper immoranti.

Contra metrum peccat Sponianum βίου, in versu primo. Ceterum aliter possumus constituere, Ξανθίππῃ Ἀκύλας μνήμην βιότου παρέδωκεν. Dein, in v. 3. lego παρθένον, *quam, virginem, nupsit*, κουριδίην, ut in Iliad. α'. 114. Sed vide Buttm. *Lexilog.* 73, 2. Ibid. μίτρην (*Iliad.* ι', 857. et pass.) interpretor ζώνην, ut Passovius (II. p. 182.) "Später auch bey Dichtern = ζώνη, Jungfraungürtel, dah. auch μίτρην λύειν st. ζώνην λύειν." Illustr. capias ex *Odyss.* λ', 244. Λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην, κατὰ δ' ὕπνον ἔχευεν. Inter Latt. ex Ovidio, *Heroid.* II. 115.; Catul. II. 11.

Cui mea virginitas avibus libata sinistris,
Castaque fallaci zona recincta manu.
* * * *
Tam gratum mihi, quam ferunt puellæ
Pernici aureolum fuisse malum,
Quod zonam soluit diu ligatam.

Ibid. ὥριον ἄνθος interpretor *tempestivum florem*, sc. juventæ, nam de sensu Apuleii (in *Metam.* x. p. 739. Oudendorp.) vetat cogitare color epigraphes. Est ἥβης ἄνθος in *Iliad.* ν'. 484.; ἥβας, in Pind. *Pyth.* IV. 281.; quemadmodum in Catull. XVII. 14.

Quoi quum sit viridissimo nupta flore puella.

Epith. ὥριον (ut ὡραῖον) obv. in versu Solonis (Gaisford. *P. M. Gr.* IV. p. 337.) XIV. 9. Πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα γάμου μεμνημένον εἶναι. Sic in Hesiod. *Opp.* II. 10. 40. 315. ὥρια ἔργα, ὥριος γάμος.

Παρθένον, ἧς ἀπέλυσε μίτρην, ἧς ὥριον ἄνθος
"Εσχεν ἐν ἡμιτελεῖ παυσάμενον θαλάμῳ·
Τρεῖς γὰρ ἐπ' εἰκοστὸν τελέωσε βίου ἐνιαυτοὺς,
Καὶ μετὰ τούσδε θάνεν τοῦτο λιποῦσα φάος.

* * * * * *

SARDES.

Pag. 47. Tit. VIII. v. 1.

Παπία. Ad titulum denuo accessi in quem plurimum quid laboris me fateor impendisse, astutiæque criticæ, ingenio magis quam certis rationibus fretus. Quid etenim licebat? Marmor fractum et exesum ab omni fere parte, ævo, situ, barbarie deformatum, elementa *rara* in facie insculpta *apparentia*, opus infructuosum sane, ne dicam ærumnosum, suppeditabant. Hoc vero effeci, quod non levioris momenti est, ut literarum formas vetustas accurate magis descriptas legentibus præberem quam fecit Peysonnellus, qui in hoc labore exantlando abhinc centum pæne annos præiverat(*a*); nec tantum effigies elementorum; quin etiam lectiones plurimas videor mihi apographo exactiori dedisse quam viro docto, festinanti nimium fortasse, minusque curiose monumentum oculis perlustranti, ut faceret, occasio dabatur. Fatendum vero est, me in aliis quam plurimis quæ ad sensum et ætatem epigraphes enodandos magnopere faciunt bonum fructum ex Peysonnelli laboribus percepisse.

Exempla quædam proferre non piget; dein apographum Peysonnellianum integrum exscribere, ut adeo meliorem apparatum eorum quæ ad criticen spectant, habeant in promptu lectores.

Primum in animo mihi fuit, fateor, apographum antiquius viri docti, et pro-

Verba in v. 4. ἐν ἡμιτελεῖ θαλάμῳ interpretatur Sponius quasi ἄτεκνος excesserit Xanthippe. Bonus sensus, et cui favet Apollonius ad *Iliad.* β', 701. Atqui audi Passov. (I. 1025.) ad hunc locum spectantem "δόμος ἡμιτελής, halbfertiges Haus, das von der einen Hälfte, dem Manne, verlassen, u. nur noch von der andern, der Frau, bewohnt ist, unterbrochne Ehe." In hoc maneo: se viduum plorat Aquila.

Constructio in v. 5. impeditior est. Prætulerim, ἀπ' εἰκοστοῦ. Ceterum recte interpretatur Sponius de XXIII. annos nata.

Illustres v. 6. ex Hesiodo, *Opp.* 153. Θάνατος . . . . . Εἷλε μέλας, λαμπρὸν δ' ἔλιπον φάος ἠελίοιο.

(*a*) Cf. *Voyage à Thyatire etc.* appendicis instar adjectum volumini, *Observations His-*

inde absolutius, perlegenti, commentarium meum explicationesque in pp. 46-51. in locis quam plurimis refingere: sed melius visum in hac et consimili materia, qualis se toties in lubrico admodum tentamine, vereque στοχαστικῷ, offert, cogitationes meas novas emendationesque in Auctario ad hanc rem destinato proponere. Idcirco Varias Lectiones, una cum corpore notarum, quas per itinera maximam partem conscripsi, in eo iterum pertractandas suscepi.

Sed obiter hæc. Nunc schedas Peysonnellianas excutiamus.

In primis, obvia Nomina propria, Patricius in v. 3, Aurelianus in v. 7. dein, Histrianus in 9., et, in ea parte tituli quæ jamdudum ex marmore evanuit, nempe, in intervallo 13-14 in meo apographo, nomen imperatorium Leonis, qui Magnum audivit. Hisce fides accedit, quod in v. 5. videtur apponi numerus anni Indictionis. Hoc ipsum epocham Christianam refert. Sed quid de epitheto δὶς νεωκόρων in eodem versu dicendum? Officit revera quod in sæculo Thracici titulus hujusmodi fuerat Sardianis permissus, fateorque hoc ipsum me movisse in primis, dum epigraphes membra invicem aptare conabar, ut de anteriore quadam ætate, quales erant Hadriani vel Antoninorum, cogitarem(*a*), minime vero de Christiana.

Nomen certe Patricius bene cum ætate magni Imperatoris cohæret. Erat nempe Patricius Secundus, filius Asparis natu maximus, cui simultatem dissimulans Leo filiam in matrimonium dederat, postea vero mortem intentaverat. Hæc ex collatis Zonara et Nicephoro edocemur(*b*). Sed de patria ejus nihil invenio dictum in apographo Peysonnelliano; nec de filia ejus, Patricia. Proconsulatus vero memoratur, et ex seqq. eruimus non Λαμψακηνοῦ, sed λαμπροτάτου. Certe Aspar non fuit ex Lampsaco; Geticus, contra, vel Alanus. Nec in nummis Lampsacenis vestigia ulla vel nominis vel magistratus invenio, ut

toriques, etc. p. 346.

(*a*) Vid. Not. Tit. VIII. v. 6. p. 47. Atqui dubitanter sententiam expressi, quum literarum formæ cum iis hujusce ævi non conveniant. Menti sane obversata monumenta quæ in honorem Tiberii et Pii adhuc in arce Sardiana extant. Vid. infr. Titt. (b.) (c.)

(*b*) Comp. Niceph. XV. 27. p. 373. Zonar. p. 39.; Evagr. *Eccl. Hist.* II. 16. C.; Cedrenum, de anno XII° Imp. Leon. et Theophan. in not. Valesii. ad Evagr. p. 74. B. Memorat Evagrius in l. c. Patricium fuisse a Leone Cæsarem creatum, ut Asparis benevolentiam sibi compararet. Hoc erat in anno XII° regni, ut monet Petavius in *Rationario*, p. 297., ex Cedreno, et P. C. 468. Proconsulatum gessisse annis novem antea videtur Patricius in tit. memoratus, ut apparebit infra, p. 157.

adeo conjicere possemus ἀνθύπατον λαμψακηνόν, secundum illud in titulo Pergameno, e nostris(*a*).

Sensum tituli, quatenus ex schedis Peysonnellianis concludendus est, legentium conjecturis, ne dicam hariolationibus, ut deprehendant, permitto. Ineuntia certe lucem afferunt usque ad v. 13^{m}. Eruimus, præter ea quæ jam dicta sunt, in vv. 4. ss., notas temporis secundum fastos tum Romanorum, tum Asianorum, scrupulis istis ablegatis qui me in v. 6. præsertim cruciaverant: remittenda adeo viro præstanti Osanno suum αἰείμνηστος, Sardianorum proxeno sua ἱμάτια, libens confiteor. Nec amplius Divorum Imperatorum manes, quos adeo colebant, evocandos duco, ὑπερείδειν τὸ πίπτον τοῦ μέτρου, καὶ ἀναπληροῦν τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ.

Reliqua cuncta misere disjecta in apographo viri docti invenient lectores. Vocem unam et alteram integram habemus, sed nullum, qualis expectandus erat, sensum continuum. Hinc Peysonnellus suum πέπρακται! doctis vix spe oblata alicujus fructus boni ex apographo, quod misit, percipiendi.

Opus vero repetamus, vestigiis eruditi viri insistentes, ut aliqua ex parte saltem tituli insignis propositum assequamur.

1. Opera innuuntur, sc. ædium instaurationes, quæ secundum mandatum proconsulare(*b*) incepta fuerant apud Sardianos: vv. 1. 2.

2. Dein accusationes in Conductores operum, qui pactis observandis non erant, vel apud Imperatorem, vel Præfectum ejus factæ, diserte memorantur: vv. 9-13. In hac parte tituli agnoscenda est allocutionis forma(*c*), quæ sub finem (v. 57.) videtur repetita.

(*a*) Vid. Tit. XIX. v. 10. p. 83.

(*b*) Verba sunt, κατὰ τὸ ἐπίταγμα τοῦ ἀνθυπάτου (αντυπ. in apogr. P.) Præiverat, credo, ψηφίσματος vel tale quid, ad quod spectat δηλωθησομένου in v. 3. Ordo apparet fuisse, ἐπίταγμα, ψήφισμα, δήλωσις. Hæc δήλωσις, *editio* vel *publicatio*, eadem erat fortasse cum Romanorum relatione in tabulas.

(*c*) Nempe ἡ σὴ θαυμασιότης. Sic infr. (Peyson. 57. αφιοτιτος. In nostr. 26. α.ιοτητα.) ἀξιότητος. Notatur transcursus ad allocutiones quales nostræ sunt, *Your Majesty*, *Your Excellency*, *etc.*, quarum etiam in classicis indicia quidam cernunt: ex. *Hecub.* 293. Τὸ δ' ἀξίωμα..... τὸ σὸν πείσει.

Dubito ad quem, sive Imperatorem sive Præfectum, referuntur tituli. Mentio fit Leonis in v. 19. Sed non necesse est ponamus monumentum contextum fuisse, imperante Leone, tantum vero edictum, quod memorat, fuisse editum, quod patet ex capite. Dico *non necesse*: nam rationes alteræ me movent ut credam titulum fuisse temporis Leonini.

3. Ut Præturæ, sic et muneris Archontium, inter Sardianos, memorati indicia quædam habemus(*a*): vv. 16. 55.

4. Mentio diserta fit Flavii Leonis, Imperatoris, idque, ut probabile videtur, secundum formulam solennem, precatione facta pro salute ejus, successu bono, conservatione(*b*): vv. 19. 20.

Conjectandum est quod, eo regnante, propositum fuerat civitatem Sardianam novis ædificiis exornare: hinc mandatum Proconsulis, Decretum (fortasse) seniorum, et Literæ incusantium ad eum, vel Præfectum, missæ, quarum mentio habetur in v. 9. Hinc mentio quoque diserta *τῶν ἐργοδότων*, eorum nempe qui opera locabant, in vv. 13. 14. 22. 36. 40.(*c*) porro, *τῶν ἐργολάβων*, Conductorum.

(*a*) Vestigia (levia sane!) sunt, in v. 16., CTP....et in 55. ΓΕΝΙΚΩ.......ΧΟΝ.. quæ legi possunt ΓΕΝΝΙΚΩΤΑΤΟΝ ΑΡΧΟΝΤΑ. Prætorum (*στρατηγῶν*) mentionem habemus in titt. ex. c. Sponiano, in Reines. *Syntagm. Inscr.* Cl. VIII. T. 36. v. 14.; Peysonnel. *Voyage, etc.* pp. 345. 354.; Archontium, in num. Vaillant. cit. in Eckhel. *D. N.* vol. III. p. 118.

(*b*) Nempe in vv. 18. 19. *σωτηρίαν* manifeste se prodit. In lacunis delitescere existimo *τιμήν, νίκην, αἰώνιον διαμονήν*, ut in titulo Aphrodisiensi inter nostros: *ὑπὲρ ὑγιείας, καὶ σωτηρίας, καὶ τιμῆς, καὶ νίκης = καὶ αἰωνίου διαμονῆς τῶν Δεσποτῶν ἡμῶν*, nempe Constantii et Juliani. Hunc evulgavit Bœckhius in *Corp. Inscr.* n. 2744. et nuperrime Fellowsius, vol. II. n. 18. p. 304.

(*c*) Nempe in 13. *ἐμποδιζόντων τοῖς ἐργοδόταις*, quæ constructio inusitatior cernitur et in Aristot. *de gen. anim.* III. notante Stephano, et in Isocr. p. 321. e. Edit. Stephan. sed variant edd.; in 14. ubi Peysonnellianum ΙΡΙΟΔΟΤΙ manifeste erat *ἐργοδότῃ*, vel —*αις*. In ceteris res patet.

Ἐργοδόται erant qui opera locabant: *ἐργολάβοι*, qui pacto pretio facienda suscipiebant. Præfuerunt illi, qui fortasse iidem erant ac *ἐπιστάται τῶν ἔργων* in *Exod.* I. 11. *ἐργοδιῶκται*, ibid. III. 7. *ἐργεπιστήσαντες* in titt. *ἐργοκηδισταί* in S. Cyrillo in cap. LXI. Isai. p. 884. h. e. *præfecti, exactores, operum.* Vox occurrit in loc. class. *Instit. Cyr.* VIII. *καὶ ἀγαπᾷ ἢν καὶ οὕτως ἱκανοὺς αὐτὸν τρέφειν ἐργοδότας λαμβάνῃ.*

De operum redemptoribus (ut vertit *ἐργολάβοις* Schleusnerus in voc. ex Kuhnio et Hemsterhuysio in Polluc. T. II. p. 820. ut et Berglero in Alciphr. I. 34.) egi in commentar. ad Tit. VIII. v. 14. p. 48. Dicebantur et *ἐργολῆπται*. Eorum officium erat *ἐργολάβεια*, nempe, *redemptio operis, et conductio.* Citat vir doctus Sirach, XXIX. 32. *διώκων ἐργολαβείας*, ad illustrandum sensum.

In pejorem partem sumitur ab Oratoribus, ut in Demosth. 885. 11. 1323. 22. Ed. Reiske.; Æschin. *Contr. Timarch.* 34. (p. 24. 37. Ed. Steph.); *De falsa legat.* 34. (p. 42. 41. id.); Isocr. *ad Philipp.* 10. (p. 87. c. Ed. Steph.) Sed hæc obiter tantum monenda.

Liquet ex v. 22. priores non in culpa fuisse quod opera fuerant impedita; contra vero, Redemptores pactionibus eorum non stetisse: vv. 11-13. 38.

5. Denique, notandum est præcipue illud **πρόστιμον** in v. 49. Quod definitur multa operum conductoribus irroganda qui fidem violaverant, nullus dubito: et hoc nos de tituli sensu aliquatenus certiores facit, in eo nempe leges quasdam conditionesque et conductoribus et opificibus statui, tempora definiri, prætextus, quare opera differrentur, tolli, desidiam, fraudem, introitus alienorum, prohiberi, et hæc, secundum civitatis statuta, multa indicta. Hæc omnia colligenda opinor ex vestigiis monumenti in 22. 23. 30. 31. 32. 33. 34. 37. 38. 40. 42. 46. 47. 49.

Hactenus de scopo; pauca nunc monenda sunt de tituli ætate.

Tempora habemus designata, sc. annum, in v. 5. Mensem, in vv. 4. 6. immo, diem mensis; nam synchronismum fuisse inter v Kal. Mart. et IV^m Dæsii, inter Sardianos, videtur in hac clausula luculenter statui(*a*).

Annus definitur, nempe, duodecimus Indictionis(*b*) quæ *felicissima* appellatur, procul dubio quia in ea purpuram assequutus fuerat Leo. Cognitum est eum factum fuisse imperatorem in mense Februario, anno P. C. 457. Memorat ideo monumentum Indictionem decimam, et tertium regni Leonini annum.

Nunc restat solum ut apographi Peysonnelliani exemplar apponam; in quo, ad lectores juvandos, voces, quatenus licebat, punctiunculis discretas exhibui.

(*a*) Dæsius Macedonum etc. in Conspectu Usseriano (*Dissert.* u. s. c. IV. fin.) congruit cum 25 Apr.—24 Mai. h. e. Atheniensium Munych.—Thargel. Huic propior est ratio Plutarchi: longius discedit Philippi, ut expositum habemus in Tabula Ideleri, cit. supr. p. 139. Sed Dæsius Sardianorum ex hoc titulo apparet incepisse in 22 Febr. h. e. convenisse, secundum rationem Usserianam, cum Xanthico Macedonum, Ephesiorum, etc. et cum Dystro Smyrnæorum. Adeo discrepabant apud Græcos Asianos Kalendaria.

(*b*) De Indictionibus vid. Petavii *Rationarium Temp.* P. I. Lib. 6. p. 247.

In tit. Bœckh. n. 2746. Fellows, (Aphrodis.) vol. II. p. 35. s. obv. INΔH̄, sed sine certa nota indictionis.

In contextu calculum institui secundum fastos Constantinopolitanos, quorum Indictiones (ut perhibent auctores) in Septembr. 312. P. C. incipiebant. Sed hoc *divinationem* appellat Petavius.

a.

******ΟCΙΑ . ΤΑ**ΟΙΚΟΔΟΜΩΝ . Κ******Η*********Η******
ΛΑΜΠ^{c}. CΑΡΔ^{c}. ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC . ΚΑΤΑ . ΤΟ . ΕΠΙΤΑΓΜΑ . ΤΟΥ . ΑΝ
ΤΥΠΑΤΟΥ . ΦΑΒ . ΠΑΤΡΙΚΙΟΥ . ΤΟΥ . ΛΑΜΠ*******ΚΑΙ . ΤΟΥ . ΔΗΛΩΘΗ
COMENOY . ΠΡΟΠΕΝΤΕ . ΚΑΛΑΝΔΩΝ . ΜΑΡΤΙΩΝ ΕΝ . ΤΗ . ΛΑΜΠ*******
ΚΑΙ . ΔΙC . ΝΕΩΚΟΡΩΝ . CΑΡΔ^{c}. ΜΗΤΡΟΠ . ΙΝΔ^{c}. ΙΒ . ΕΥΤΥΧΕCΤΑ
ΤΗC . ΚΑΙ . ΜΗΝΟC . ΔΕCΙΟΥ . ΤΕΤΑΡΤΗ . ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝ**
Λ . ΑΥΡΗΛΙΑΝΩ . ΤΩ . ΘΑΥΜΑCΙΩΤΑΤΩ . ΚΑΙ . ΚΑΘΩCΙΩΜΕΝΩ .
Μ . ΙCΤΡΙΑΝΩ . ΚΑΙ . ΕΚΔ^{c}. ΗC . ΑΥΤΗC . ΠΕΡΙΦΑΝΩ******ΥC******
ΜΗΤΡΟΠ . ΤΑ . ΥΠΟΤΕΤΑΓΜΕΝΑ . ΚΑΤΗΓΟΡΙΑC . ΛΙΑΦΟΡΟΥC .
ΔΕΞΑΜΕΝΗ . Η . CΗ . ΘΑΥΜΑCΙΩΤΗC . ΚΑΤΑ . ΔΙΑΦΟΡΩΝ . ΤΙΝΩΝ .
****ΝΗ . ΜΕΓ****Ν . ΜΕΤΡΟΝ . ΤΗΝ . ΤΕΧΝΗΝ . ΩC . ΕΝ*ΧΕΙΡΙCΟΜΕ
ΝΩΝ . ΕΡΓΑ . ΟΙΚΟΔΟΜΙΚΑ . ΚΑΙ . ΑΤΕΛΗ . ΤΑ . ΑΥΤΑ . ΚΑΤΑΛΙΜΠΑ
ΝΩΝ . ΚΑΙ . ΕΜΠΟΔΙΖ*******ΤΩΝ . ΤΟΙC . ΕΓ*ΙΔΟΤΩC . ΑΝΑCΤΙΑC
******Ν***Α***CΗ****ΙΡΙΟΔΟΤΙ**Ι . ΓΙΓΝΟΜΕΝΗΝ .
*****ΠΕΡΙ***ΟΜΟ****ΙΙ**ΥΜΕΝΗΝ . ΕΠΕΖΕΤΗCΕΝ .
*****CΤΡ***CΥΛΛΟΝ****Υ**ΚΑΙ***ΜΟCΙΑΝ .
*****ΗCΟ***Ο******ΚΛΙΕ***Μ**ΥΜΕCΑΤΗΝ
*****ΟΤ***ΟΝ******ΚΑΙ . ΤΗΝ . CΩΤΗΡΙΑΝ . ΚΑΙ .
******ΤΟΥΤ*******ΜΕΝΗ . ΦΛ^{c}. ΛΕΟΝΤΟC .
*******************ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟC . ΠΑΝΤΑ . ΤΑ . ΕΡΓΑ .
*******ΝΕΡ******ΑΡ**ΟΙΟΥ**ΔΗΠΟΤΕ . ΤΩΝ .
****************ΕΤΟΙΜΟΥ**ΟΝΤΟC . ΤΟΥ . ΕΡΓΟΔΟΤΟΥ .
**************ΑΡΕCΑΝ*ΤΑC***ΙCΘΟΥC . ****ΟΙΑ .
****************ΕΝ . Η . ΤΕ . Τ**ΙΙ*ΟΛΑ . ΗCΑΝ .
****************ΔΙΩ . ΤΕ . ΙΙ**ΙΙΕΛΗΝΩCΙΑ
****************ΑΙ . ΕΤΕΡΕ****ΤΕΧΝΗΝ . ΤΟ .
*******************ΑΝΑ***ΑΗΡΟΙ**ΔΗΛΟΝ . ΟΥ .
*******************Π**ΟΥΜΕΝ***ΤΟΙ . ΤΟΥC . ΝΑΡ
****************ΤΟΥΗ**ΟΙ . ΤΟΥ . Α*ΤΑΥ***ΙΟ*ΥΠΟΙΕCΙ
**************ΡΤΕΝ . ΜΗΔΕΜΙΑC . ΗΜΩΝ . ΠΡΟΦΑCΕΩΝ .
**************ΑΝΑΞΟΙΩΔΕΠΟΡΕΤ*****ΠΩΤΟΝ . ΕΡ
****************ΕΝΟΥ . ΚΑΘΩ******ΕΦ . Η . ΚΑΙ . ΕΡΓΟΥ . Ν
**************ΛΛΗC . ΔΕΞΑΜΕΝΟΥ . ΕΙΤΕ . ***********ΡΟΙΟΥ

*************ΕΦΥΠΝΕΙΩΝΤΟC.ΤΟ*ΑΥΤ****************
*****************ΚΑΤΑ.**Ν**ΜΝΟ***********ΞΥ
**************ΕΡΓΟΔΟΤΕΙ.ΚΑΙ.ΑΥΤΟΥ.ΤΟΥ.****ΤΟΥ.CΥΜΦΩ
**************ΔΟΛΟΥ.ΑΝΕΞΙ****ΚΟ**Ν****ΟCΕΝ.ΕΡΓΑ.ΗΜΕΡΑΙ.
**************ΕΡΥΤΩ.ΤΕΧΝΙ*ΤΗΝ.ΤΩ.ΕΡΓΟΛΑΒ******Ε*ΑΝΤΕΙΤΟ
**************ΕC***ΗΩΝ**ΗΩ*ΕΝΑ.ΠΕΡΙΠΕC*Ν**ΤΟΝ.ΤΕ.
*************ΜΕΡΑC.ΠΕ***ΜΕΝΙΝ**Ν.ΕΡΓΟΔΟΤΙ.ΜΕΓΑΛΟ
************ΑΜΑΝΤΩΝ.ΕΙ***ΟC***ΜΕΤΩΝ.ΕΙ.ΜΕΝ.ΥΜΝΗ
************ΑΖΕCΟΝΙΙΙ.ΤΟΥ.ΝΩc.***ΚΑΥΤΑΥ**ΕΙCΙΕΝΑ*ΕΤΕΡΟΝ.
************ΑΜΕΝ***Ω**ΛΟΡΟΝ.ΚΑΙ.ΠΑΙΓΟΜΕΝΟΥ.
*****************Α.ΤΑ.ΠΡΟΓΕΓΡΑΜΕΝΑ.ΕΥΡΕΘΙΗ.
***************ΜΕΝΟC.ΚΕΞ.ΗΜΩΝ.**ΥΝ**ΙΟC****ΜΕΘΑ
***************ΡΟC**ΕΙ.ΕΙΓΑΙΗC.ΠΟΛΕΩC.
**************ΝΟΝ.Υ.ΝΟΜΙCΜΑΤΑ.Ο*Κ*Ω
*****************Η.ΤΙ.ΚΑΤΑ.ΤΑC.
***************ΑΙΙ***Ε*Δ.ΤΗΝ.ΤΟΥ.ΠΡΟCΤΙΜΟΝ.
****************ΙΑ**ΛΕΥΤΟΥΜΕΝΟΥ.
****************ΝΕΚΕC.ΚΑΙ.ΑΝΑΠΟ
*************ΝΓ.ΞΗΝ.ΤΟΙC.ΠΡΟ
**************ΩΝ.ΚΑΙ.ΥΠΕΘΕΜΕΘΑ.
************ΡΟΥ**ΟΠΝ**Ω.ΓΕΝΙΚΩ
************ΧΟΝ**ΛΚΑ**ΠΑΡΕΞΟΝΤΑ.
*************ΥΠΟΓΕΓΡΑΜΕΝΑ
*************ΑΥ**ΑΦΙΟΤΗΤΟC**ΟΜ
************ΠΑ.ΚΑΙ.ΕΞΟΥCΙΑ.ΗΜΕΡΑ.

Pag. 47. Tit. VIII. v. 5.

Δὶς νεωκόρων Σάρδ. μητρόπ. Quædam hic monenda censui, in primis de dignitate Metropolitana et Sardium et quarumdam aliarum civitatum illustrium. Dein quæstio de Neocoratu attingenda est.

I. Nota sunt Horatii, *Epist.* I. 11. 2. *Crœsi regia Sardis:* Strabonis, in XIII. 4. (p. 151. Tau.) *Βασίλειον δ' ὑπῆρξε τῶν Λυδῶν.* Epigram. quoque Macedon. XXXII. init. in *Analect. Br.* T. III. p. 120.

Τμώλῳ ὑπ' ἠνεμόεντι, ῥοὴν παρὰ μαίονος ἕρμου,
Σάρδιες, ἡ λυδῶν ἔξοχός εἰμι πόλις.

Persarum quoque, ut ex epigr. Bianoris liquet, et Æschyl. in *Persis*, 45. necnon, notante Spanhemio, Plutarch. qui appellat Sard. imperii Persici *πρόσχημα*, voce ab Herod. v. 28. mutua sumpta. Deinde Romanorum; nam Ovidius in *Metam.* xi. 137. appellat, *magnas Sardes*, h. e. Metropolem, ut notat Burmannus ex similibus, vii. 553., xiv. 457.; *Heroid.* vii. 165. Serius, in tempore Plinii, exstitit *Sardiana jurisdictio*, h. e. ex Metropolibus erat civitas(*a*).

Scripsit eruditus quidam in Cyclop. Rees. cap. Sardis, hanc rem tangens: *This city is represented on some medals as the metropolis of Asia; and it is said to have been the only city of proconsular Asia which had assumed this denomination. A medal of Augustus, however, gives reason for concluding that it had been a metropolis under that prince.* Consentit certe Ovidius cit. supr., et nummi inscriptionem habent ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ semper, ut notat Eckhelius(*b*), in consortio cum ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. Ceterum quod de arrogantia Sardianorum perhibet scriptor Cyclopædicus non de iis solis prædicandum est, sed cum pluribus aliis, ut in sequentibus patebit, communicandum.

A Romanis jure collatus erat honos; cunctæ enim causæ ob quas dignitatem Metropolitanam solenniter concedebant Sardianis præsto erant. Inclaruerant magnitudine civitatis, antiquitate, situs opportunitate, templi majestate et relligione: porro spectabiles erant propter merita in Cæsares et populum Romanorum. Hinc prodibat judicii Centumviralis in Sardibus erectio, et jurisdictionis in reliqua totius fere Lydiæ oppida concessio; hoc etiam, dum regio illa esset pars Asiæ proconsularis, et per Conventus juridicos Pergami, Ephesi, Smyrnæ, et Sardium, regeretur provincia. Postmodum vero, divisione facta, dignitas vel amplior Sardibus accedebat, ut solæ per se provinciæ jura exercerent. Hoc constat, notante Spanhemio(*c*), ex notitiis Ecclesiarum antiquis.

Titulum vero, non Metropoleos tantum, sed et Primatus, ad se trahebant Sardiani.

Citat Harduinus(*d*) nummum Juliæ Mamææ in quo legitur a viro docto CAP . ΠΡΩ . ΜΑΙΟΝΩΝ . viz. *Sardes prima* (civitas) *Mæonum*. Hæc, nempe, a Sponio, qui nummum protulerat, eruebantur: sed lectio diversa in libro Spanhemii(*e*) tentatur, positis ΑΡΧ . Α . pro CAP . ΠΡΩ . Sic titulus integer prodit,

(*a*) Vid. Spanhemii, *Dissert.* ix. p. 637.; Plin. v. 30. 1.

(*b*) Doctr. Num. Vet. T. iii. p. 113.

(*c*) De Usu et Præstantia Numism. Dissert. ix. ubi supr.

(*d*) In Not. ad Plin. v. 30. 1.

(*e*) Ubi supra, p. 624.

ΕΠΙ . ΑΥΡ . ΖΗΝΩΝΟC . ΑΡΧ . Α . id est, *Archontis primi.* Consentit vero interpretationi Harduini nummus ex Seguino citatus ab Eckhelio(*a*) in quo legitur inscriptio ΑCΙΑC . ΛΥΔΙΑC . ΕΛΛΑΔΟC . Α . ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC . CΑΡΔΙC ., fastosior nimirum, et arrogantior, quam ipsorum Pergamenorum, qui civitatem illorum prædicabant ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΝ . ΠΡΩΤΗΝ ., vel Smyrnæorum, qui se ferebant ΠΡΩΤΟΥC . ΑCΙΑC . ΚΑΛΛΕΙ . ΚΑΙ . ΜΕΓΕΘΕΙ ., et urbem ipsam ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΝ . ΤΗC . ΑCΙΑC . ΚΑΙ . ΚΟCΜΟΝ . ΤΗC . ΙΩΝΙΑC . Erant ideo Sardiani non tantum Asiæ et Lydiæ, sed et Helladis, primi, secundum præconium illud fastosum quod cernere est in binis autonomis quos citat doctiss. Eckhelius. Quare hoc, et quibusnam fundamentis nixum? Responsio equidem ex difficilioribus est, nisi quis cum Spanhemio putet, ob Macedones fuisse qui in Mæonia sedes quæsiverant, et qui nomen vindicabant Ἑλλάδος, ut et Ἑλλήνων. Tam ambitiosi erant Græci transmarini, ut ex causis levissimis titulos, in quibus stuperent, captarent!

Totum hoc argumentum fusius tractatur in Spanhemii Opere de Nummis(*b*), quo referendus est lector. Quæstionem iterum attingam ad Pergamenos titulos accedens(*c*).

Nunc redeamus ad quæstionem de Metropolibus. Censet doctissimus Spanhemius "prærogativa Metropoleon sub Romanis fuisse, ut capita essent provinciæ; sedes Præsidis; ut leges in iis et edicta provinciam spectantia proponerentur; ut Roma interdum a Cæsare, vel a senatu epistolæ seu rescripta de rebus provinciæ darentur.... quod communia gentis Concilia (κοινά), solennes Sacrorum, Ludorum, Festorum panegyres, ad quas convenirent reliqua provinciæ oppida, in iis vulgo haberentur; atque ita generalis quædam veluti provinciæ cura penes Metropolem remanere videretur:" "porro" (quod Eckhelius addit), "ut ad publica earum opera, ubi id necessitas exigeret, sumptus a minoribus civitatibus erogarentur"(*d*). Hic vir, qui rei numismaticæ peritissimus omnium fuit, adhuc probatione indigere quæ in hac materia prolata habet Spanhemius

(*a*) Vid. Doctr. Num. vol. III. p. 115.

(*b*) Ubi supr. p. 618. Dissentientes vero habet vir doctus et Eckhelium, et, quem citat Eckh., Belleyum, quorum explicationes cernendæ sunt in *Doctr. Num.* u. s. p. 116.

(*c*) Vid. Auctar. in Tit. XIX. v. 10. p. 84.

(*d*) Conf. Spanhem. *Dissert.* ut supr. IX. p. 637. et de signiff. vocis causisque tribuendi honoris, pp. 575. 589.; Eckhel. *D. N.* vol. IV. p. 281.

judicat, seque potius ad Dionem Chrysostomum(*a*) confert, ex illo speraturus cognitionem magis definitam juris Metropolitani.

Hæc dignitas Metropolitana omnis exinde profluxit quod in primis extiterant *Matres Civitates* e quarum sinu exiit proles quæ ad eas, tanquam Genetrices, respicere solebat, honoresque deferre. Sic ad Corinthum Corcyræi, ad Rhodum Agrigentini, ut taceam infinitam nepotum turbam quam habuerunt Athenæ. Progressu vero temporis, et imperantibus Romanis, auctum in immensum videmus catalogum civitatum quæ honores matrum urbium sibi ambibant. "Nimirum" (ut Eckhelii verbis utar) (*b*) "cum urbes vere matres tam propter vetustatem, quam sobolis multitudinem, magnis vulgo laudibus efferrentur, urbes noviciæ, sed opibus ac potentia conspicuæ, quales fuere Smyrna, Antiochia, Nicomedia, dedecus suum arbitratæ, si, quod erant, steriles vocarentur, matris nomen immodica cœperunt ambitione adfectare, non difficilibus ad hæc eorum vota Romanis, et cum fieri poterat, adnuentibus, qui ridere solebant inepta hæc Græcorum desideria, et vanas has de excellentia contentiones vocare *ἑλληνικὰ ἁμαρτήματα*, etc." Nec minus salse in Epigrammate irrisorio Ammianus(*c*),

Ἔστω μητρόπολις πρῶτον πόλις, εἶτα λεγέσθω
Μητρόπολις· μὴ νῦν, ἡνίκα μηδὲ πόλις.

Judicium relinquo lectoribus de conjectura Eckhelii, quæ mihi ingeniosa satis, sed argumentis non pariter validis videtur firmata, nempe, restare alteram significationem tituli, *Urbem Matris*, id est, Dindymenæ, (Cybeles), ex cujus cultu inditum aliquando nomen fuisse. Verba ejus sunt: "Cum metropoleos magnificum titulum in numis jactare videmus urbes aut obscuras, aut saltem non ejus rationis, propter quam aut urbs mater aut prima provinciæ dici posse videatur, possumus suspicari, epitheto metropoleos intelligendam urbem Matri Cybele devotam"(*d*). En misericordiam docti viri in Græculorum vanissima ingenia! Hoc equidem, quatenus de *nomine*(*e*) sermo sit, concedendum reor;

(*a*) Oratt. XXXIV. p. 427., XXXVIII. p. 477.

(*b*) Doctr. Num. vol. IV. p. 277.

(*c*) Epigr. VII. in Analect. Br. vol. II. p. 386.

(*d*) Doctr. N. vol. IV. p. 281.

(*e*) Exempl. c. Metropolis memorata in Plin. v. 29. 4.; Ptolem. v. 2. *Μητρόπολις Φρυγίας, ἀπὸ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν οἰκισθεῖσα*, inquit Stephanus, etc. cf. Not. Harduin. in Plin. u. s.

Idem declarant nummi de Metropoli Ioniæ, ut videre est in Eckhel. vol. II. p. 530.

sed in *titulo* moror; hunc laudis appetentia, indoles fastosa, dignitatis inter ceteras affectatio præcellentis, in nummis eorum et monumentis inscriptum ostentabant.

Qui ampliora de hac quæstione desiderat, consulere potest cum fructu Spanhemii et Eckhelii disputationes(*a*). Alienum foret a nostro proposito ulterius rem prosequi; monitum tantum velim lectorem de conjectura prioris exquisita, nempe, jus eximium obtinuisse Septem Ecclesias Asianas, ex statu eorum Metropolitano, prærogativæ literarum ad eas a Sancto Apostolo scriptarum(*b*). De Pergamo, Smyrna, Epheso, Sardibus, supervacaneum foret disserere, urbibus quippe apud quas conventus(*c*) agebantur, vel juridici, vel ad ludos cærimoniasque spectantes. Ephesi in primis dignitas constituta fuit apud ipsos Romanos, per quam solam secundum rescriptum Augusti ad provinciam Asianam introitus proconsuli dabatur(*d*): sed quid dicendum est de civitatibus notæ inferioris, Philadelphia, Thyatira, Laodiceia? Certe non video ex nummorum fide stabilitum eorum statum metropolitanum; nisi quis nummum Harduini ab Eckhelio suspectum excipiat, in quo et Primatus et triplex Neocoria Laodicensibus tribuuntur(*e*). Quod erat Phrygiæ Pacatianæ metropolis video alicubi notatum(*f*), cujus honoris et Synnadam consortem fuisse quidam(*g*) tradunt, memores fortasse Conventus(*h*) cui nomen ejus impositum fuerat, certe non verborum Strabonis(*i*). Contra, Laodiceiam appellat μεγάλην(*j*), Plinius *celeberrimam* omnium civitatum quæ Conventum Cibyraticum adire solebant(*k*).

Jurisdictioni Sardianæ subditi erant Philadelpheni, Pergamenæ Thyatireni, adeo ut, hac ratione, non dici poterant metropoles secundum placitum Spanhe-

(*a*) Doctr. Num. u. s. pp. 273. ss.; De Usu, etc. Num. Dissert. IX. pp. 630. ss.

(*b*) Ubi supra, *Dissert.* IX. p. 637.

(*c*) De Pergamena jurisdictione vid. Plin. v. 33. 4.; De Sardiana, ibid. 30.; Conventus Smyrnæus memoratur in c. 31. §. 9.

(*d*) Vide Ulpianum in L. I. tit. Digest. 16. de officio procons. Hinc præclare explicatur nummus insignis Ephesinorum, ΕΦΕCΙΩΝ. Α. ΚΑΤΑΠΛΟΥC, ex Vaillant. cit. ab Eckhelio in vol. II. p. 518.

(*e*) Conf. Doctr. Num. vol. III. p. 165.

(*f*) Vid. Schleusneri Lexic. in N. T. in nom. Λαοδίκεια, ex Stoschii Syntagm. p. 165.

(*g*) Stephani *Dict. Histor.* (ed. Lloyd.) p. 791.

(*h*) Conf. Plin. v. 29. 4.

(*i*) Lib. XII. cap. 8. p. 72. Tau.

(*j*) Strab. u. s. p. 74. Tau. Ἡ τῆς χώρας ἀρετὴ, καὶ τῶν πολιτῶν τινες εὐτυχήσαντες, μεγάλην ἐποίησαν αὐτήν.

(*k*) Lib. v. 29. 3.

mii. Sed erant sedes sacratæ religionis propter ludorum celebrationem(*a*), et hinc civitatem suam λαμπροτάτην ubique fere nuncupant scribæ Thyatirenses, splendidissimam, opibus maxime florentem, dignamque honore, quem Ptolemæus, eodem Spanhemio notante, ei tribuit, Metropolitano(*b*). Status hujusce probationem expediunt vel maxime tituli Peysonnelliani, in quibus memorantur civium ejus, diversis temporibus, Asiarchiæ, quæ opulentissimis solis inter civitates addicebantur(*c*).

* * * * * *

Sed et erant Sardes δὶς νεωκόροι. De Neocoriæ titulo disputat hisce verbis, ex nummis a Vaillantio adductis, Eckhelius:

"Neocoratus primum comparet in nummo Antinoi: CAPΔIANΩN . NEΩKOPΩN . (Vaill.) In numis Severi: B . NEΩKOPΩN . (Vaill.) Caracallæ, B. Γ. NEΩKOPΩN . (*d*) Deinceps lex variat; nam in numis Elagabali scribitur B . et Γ. (Vaill. Pellerin. Suppl. II. p. 80.) Alexandri, B . Gordiani, B . et Γ. in Otacilia et Gallieno, B . in Salonina, Γ. Ex numo Caracallæ, in quo scribitur ΦIΛAΔEΛΦEIA, et ΔIC . NEΩKOPΩN, docemur Sardes vivo adhuc Geta nondum fuisse tertium neocoras. Pellerinius tertium Neocoratum concessum ab Elagabalo adserit, quia, inquit, numi cum tertio neocoratu, quos Vaillantius Caracallæ tribuit, verius sunt Elagabali"(*e*).

Quæstionem de Neocoria generalem attigi ex Vaillantio in nota ad Tit. XIX. 10. p. 84. Sed disceptandi latissimus est campus, quum de hoc titulo minime consentientes habeamus eruditos, ut legenti patebit ex sententiarum enumeratione quam protulit Eckhelius de ratione minime constanti observata dum civitas hæc et altera sibi duplicem vel triplicem neocoriam arrogaverit(*f*). Sic in hac ipsa inscriptione, civitatis Sardianæ neocoria duplex videtur primum memorari, dein simplex(*g*). Nodum implexissimum solvit vir doctissimus in

(*a*) Vid. Schleusner. u. s. ex syntagm. Stoschii, p. 154. Titt. Thyatiren. q. plur. et nummorum epigr. a Ludis petitas, in Eckhelio, vol. III. p. 123.

(*b*) Vid. Spanhem. u. s. p. 630.; Ptolem. v. 2. Θυάτειρα, πόλις (tantum) Λυδίας in Stephano.

(*c*) Comp. Peysonnel, *Voyage, etc.* pp. 268. 272. s. 290.; Strab. XIV. 1. p. 188. Tau.

(*d*) Comp. Peysonnel, *Voyage, etc.* pp. 326. 332. 335.

(*e*) Doctr. Num. vol. III. p. 116.

(*f*) Vid. Eckh. Obss. general. c. VII. §. 2. pp. 298. ss.

(*g*) Sc. in apographo quale mihi conficere licebat. Sed argumentum ex marmore tam exoleto probabile vix capi potest. Vid. Tit. VIII. v. 20. in exempl. Peysonnel. v. 44.

"Epicrisi," posito nempe, numerum neocoratuum non semper præcise apponi, aliquando enim subintelligi *unum*, ut (ex c.) quum Ephesii, qui se jactabant τετράκις νεωκόρους, aliquo tempore se τρὶς νεωκόρους scripserint, vel etiam νεωκόρους simpliciter, quo casu videtur ratio neocoriæ Artemidis, quæ fuit civitati Ephesinæ peculiaris, κατ' ἐξοχὴν haberi(*a*).

Conjicit porro ingeniose Eckhelius deminutum fuisse aliquando numerum neocoratuum in epigraphis assentandi causa. Exemplum hujus affert ad illustrationem comparatum. "Esto urbem quampiam ad observandum Elagabalum novum sibi neocoratum impetrasse, an credemus adivisse periculum a successore Alexandro, si neocoratum principi abrogavit, cujus nomen ac memoriam Senatus ex monumentis publicis aboleri jussit?"

Fatendum est, hoc posito, penitus concidere rationem calculi de ætate inscriptionis ex numero neocoratuum in eo memoratorum. Sic (ut exemplum apponam) appellatur Smyrna νεωκόρος in titulo a me relato(*b*), et exinde collegi lapidem fuisse Tiberio imperatori coætaneum. Sin in verba τοῦ νομισματολόγου illustris juremus, poterit illud νεωκορός significare vel δὶς, vel etiam τρὶς (quales se prædicabant Smyrnæi) νεωκόρος. Atqui sciscitandum est, quomodo cum hoc placito constare potest quod tradiderat non ita pridem vir eximius de ætate (ex. c.) nummorum Ephesinorum ex numero, quem declarant, neocoratuum?(*c*)

In hac palæstra jamdudum se exercuerat eruditissimus Vandalius(*d*), ex cujus doctrina quam plurima, cum fructu legentium non spernendo memoranda, hausi.

Materiam tractat, in primis, de Sacerdotibus neocoris, dein de Urbibus, earumque, quatenus spectatur Neocoria, origine. Statuitur Ephesus prima urbs neocora, nempe Dianæ, quæ et apud Massilienses, Messenios, Hieropolitas, Clarios, Pergæos, Prusæenses, etc., fuit culta. Sub Cæsaribus, ipsorum Cæsarum primos tempore neocoros fuisse Ilienses, et Cæsarienses in Palæstina; deinceps Pergamenos: jam olim, fuisse antea Smyrnenses et Alabandenses æditucs (ut vocem Latinam adhibeam) urbis Romæ. Dein, ad quæstionem accedit de contentionibus civitatum super πρωτεῖα circa neocorias, præsertim Ephesi, Smyrnæ, Pergami, et sententiam profert, hunc primatum non ad ordinem temporis sed ad

(*a*) Doctr. N. Epicr. vol. IV. p. 304.
(*b*) Tit. XXVII. 1. p. 105.
(*c*) Doctr. N. vol. II. pp. 520. s.; Pellerin. Supplem. II. p. 78.
(*d*) Dissert. IV. c. 1. pp. 299. ss.

dignitatem civitatum spectavisse, comprobationesque ex nummis affert. Claudit hanc partem operis Dissertatio de civitatibus bis, ter, quaterve neocoris; argumentum spinosum sane, ut ex ante dictis colligere possunt legentes. Statuit Vandalius, urbes fuisse semel, bis, ter, quaterve Cæsarum, Augustorum vel Augustarum, neocoras, prout aut unius aut plurium simul (ac quidem uno eodemque tempore) neocoræ essent, sive templum unicum pluribus simul, sive singulis singula, consecrassent.

Hæc, exemplo apposito, illustrat Eckhelius: "Si uni Severo constitutum templum et ludi, semel fiebant neocori, et quidem **τοῦ Σεβαστοῦ**: si Severo ac Domnæ, bis; si Severo, Domnæ, Caracallæ simul, ter, sicque erant **τρὶς νεωκόροι τῶν Σεβαστῶν**, quamvis in unico templo, quod principio soli Severo posuerant, etiam hos ceteros simul post consecrarent. At sæpe plura templa pluribus, id est, unicuique proprium ædificabatur templum, docente istud numero templorum in nummis"(*a*).

Probant satis exempla ab Eckhelio allata personas illustriores neocoratum gessisse, quorum unum est nummus Adramyttenus(*b*), ΕΠ . CTP . ΑΥΡ . ΓΑΡΟΥ . Β . ΝΕ . i. e. **νεωκόρου**. Immo, in nummo Eucarpensi (Phrygiæ) apparet feminæ attributus, quum sit epigraphe, ΕΠΙ . ΝΕ . ΠΕΔΙΑC . CΕΚΟΥΝΔΗC., exemplum honoris eximii, quum fuerit magistratus ex eponymis(*c*). His marmora consentiunt, nempe Smyrnæum, cujus epigraphen ex Cupero expressit Vandalius(*d*), necnon Thyatirenum a Sponio descriptum, in quo designatur Alphenus quidam *Sacerdos dei* (Tyrimni, ut Sponius putat), *et Neocorus Augusti*(*e*). Hos titulos propriis locis inter addititios reperiet lector.

Pag. 47. Tit. VIII. v. 6.

Ἀείμνηστος. Exhibuit marmor, ut in meo exemplari descripsi, ΑΙΜΗΩΟΕΔΕCΙΟ ... unde, ex Osanni commendatione(*f*), **αἰείμνηστος** conjeci: frustra, ut constat ex apographo Peysonnelliano. Pro **Δαισίου**, habemus **Δεσίου**, ut **κὲ** pro **καὶ** in dialecto recentiorum, et **ἐνταφῆνε** pro **ἐνταφῆναι** in titulo Fellowsia-

(*a*) Doctr. N. u. s. pp. 299. s.

(*b*) D. N. vol. II. p. 448., IV. p. 291.

(*c*) D. N. vol. III. p. 153., IV. p. 291.; Num. Vet. Anecd. etc. p. 248.

(*d*) Dissert. IV. p. 378.

(*e*) Voyage, etc. T. I. p. 314. ed. 1724.

(*f*) Syllog. Inscript. (in Marm. Oxon. Append. p. L) p. 233.; Cf. et Syllog. Oderici, p. 377.

no(a). Contra, et αι pro ε solitum erat, ut ἀναινεώθη pro ἀνενεώθη, in tit. ex meis Aprodisiensibus(b).

IBID. v. 7.

Θαυμασιωτάτῳ. Conf. Eccles. Smyrnens, Epist. de martyrio Polycarpi in Euseb. Hist. IV. 16. οὗτος γέγονεν ὁ θαυμασιώτατος ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, κ. τ. λ.

* * * * * * *

Titulos, qui sequuntur, ad res Sardianas spectantes, in fructum legentium ex libris Sponii et aliorum congessi.

b.

ΦΙΛΗ . ΤΙΜΩΛΙΣ . (c) ΕΤΕΙΜΗ
ΣΕΝ . ΕΚ . ΤΩΝ . ΙΔΙΩΝ . ΤΙΒΕ
ΡΙΟΝ . ΚΑΙΣ***

(a) Vol. II. Inscr. n. 124. v. 10. p. 386.

(b) Hic et a Fellowsio datur, u. s. p. 35. et a Bœckhio in C. I. n. 2746.

(c) Τιμωλίς. Titulum ex arce Sardiana descripsi. Conspicitur et in Sponii libro, vol. I. p. 332. et in Smithii, *Conspect.* VII. *Eccles.* p. 238. Uterque, et (b) et (c), de civitatis *lue* agit, quam in Annal. II. 47. memorat Tacitus; conf. præfationem meam ad titt. Sardianos, p. 42., et nott. ad tit. VIII. (immerito, ut antea dixi, huic ætati addictum) vv. 3. 6.

Τιμωλίς varie accipi potest; simpliciter pro nomine cujusdam feminæ quæ, cum ceteris Sardianis, benivolentiam principis experta fuerat. Verba Sponii sunt, *peut-être habitante du Tmolus*, et certe comparari potest cum Λακωνίς, et simill. Sic Ζμύρνη in tit. Leakiano cit. in libro Arundelli, p. 307. Sed et erat "urbs cum monte cognomine, quæ quoque inscribitur basi colossi Tiberiani inter urbes quas terræ motus labefactavit" (Eckhel. vol. III. p. 123.), cujus nummi exhibent ΤΜΩΛΕΙΤΩΝ. Memorat et hunc historicus (*ubi supra*) inter urbes Asiæ quibus opem tulerat in adversis imperator; et fortasse eodem respiciunt et Sponiana. Sed expectandum foret hac ratione ΤΙΜΩΛΙΤΙΣ.

Scriptura *Timolus* (vel *Tymolus*), conspicitur in Ovid. *Metam.* VI. 15. Habet Cicero *Timolites*, in *Orat. pro Flacc.* III. et Plinius, *Mesotimolitæ*, in v. 30.

Exquisitior est sententia civitatem ipsam Sardianam designari per Τιμωλίς. Certe in nummis quibusdam autonomis obv. epigr. ΤΜΩΛΟC, ut constat ex Eckhel. u. s. p. 113.

Utcunque res fuerit, illustrationem ex hoc titulo capiunt et Strabo et Tacitus inter auctt. citat. p. 43., necnon marmor Puteolanum, quod detectum fuit in anno

C.

ΛΕΥΚΙΟΝ . ΙΟΥΛΙΟΝ . ΒΟΝΝΑΤΟΝ(*a*)
ΑΝΔΡΑ . ΕΚ . ΠΡΟΓΟΝΩΝ . ΜΕΓΑΝ . ΚΑΙ . ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ . ΑΡΧΙΕΡΕΑ .
ΤΗΣ . ΑΣΙΑΣ . ΝΑΩΝ . ΤΩΝ . ΕΝ . ΛΥΔΙΑ . ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ . ΚΑΙ . ΙΕΡΕΑ .
ΜΕΓΙΣΤΟΥ . ΠΟΛΙΕΟΣ . ΔΙΟΣ . ΔΙΣ . ΑΡΧΙΕΡΕΑ . ΤΩΝ . ΤΡΙΠΟΛΕΩΝ .
ΚΑΙ . ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ . ΚΑΙ . ΙΕΡΕΑ . ΤΙΒΕΡΙΟΥ . ΚΑΙΣΑΡΟΣ .
ΚΑΙ . ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ . ΠΡΩΤΟΝ . ΔΙΣ . ΚΑΙ . ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΝ . ΔΙΑΡΙΩΝ .
ΕΝΔΕΙΑΣ . ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ . ΚΑΤΑ . ΤΟΝ . ΔΗΜΟΝ . ΜΕΓΑΛΟΨΥΧΙΑ .
ΧΡΗΣΑΜΕΝΟΣ . ΕΚ . ΤΩΝ . ΙΔΙΩΝ . ΕΙΣ . ΕΠΙΚΟΥΦΙΣΜΟΝ .
ΕΚΑΣΤΩ . ΠΟΛΙΤΗ . ΕΧΑΡΙΣΑΤΟ . ΜΟΔΙΟΝ . ΚΑΙ . ΠΑΣΑΣ .
ΑΡΧΑΣ . ΦΙΛΟΤΙΜΩΣ . ΤΕΤΕΛΕΚΟΤΑ . ΤΗ . ΠΑΤΡΙΔΙ .

1693, denominatum supr. ab Eckhelio, *colossus Tiberianus.*

(*a*) Βόννατον. Hic titulus conspicitur et apud Meursium, *De Fest. Græc.* cit. in Eckhel. III. p. 112. et in libro Peysonnelli, qui ex Sponio habuit.

In v. 2. s. Ἀρχιερέα τῆς Ἀσίας ναῶν τῶν ἐν Λυδίᾳ conferenda sunt cum inscr. Phocæensi ap. Spon. *Misc. erud. antiq.* sect. X. p. 349. Η . ΤΕΥΘΑΔΕΩΝ . ΦΥΛΗ . ΦΛΑΟΥΙΑΝ . ΜΟΣΧΟΝ . ΘΥΓΑΤΕΡΑ . ΑΜΜΙΟΝ . ΤΗΝ . ΚΑΛΟΥΜΕΝΗΝ . ΑΡΙΣΤΙΟΝ . ΑΡΧΙΕΡΕΙΑΝ . ΑΣΙΑΣ . ΝΑΟΥ . ΤΟΥ . ΕΝ . ΕΦΕΣΩ . κ. τ. λ. in qua, ut obiter notem, legerim ΜΟΣΧΟΥ, ΑΜΜΙΑΝ, ΑΡΙΣΤΙΑΝ vel ΑΡΙΣΤΗΝ. Dein cum tit. inter Thyatirenos Pocockii, p. 39. n. 8. vv. 3. s. quem in justo loco reperient lectores, et a Whelero quoque descriptum video in *Itiner.* I. 3. p. 211. Erant tales Pontifices tantum particulares, et Præfecti templis, ut loquitur Eckhel. in Dissert. de Asiarchis, vol. IV. p. 209.

In v. 4. obv. Ζεὺς πολιεύς, ut apud Athenienses: conf. Pausan. I. 24. 4. Sic et Ἀθηνᾶ πολιάς, ibid. 27. 1. *Dii custodes, conservatoresque urbis*, ut Cic. *pro Sext.* XXIV. Cultus Jovis nempe ex insignioribus erat apud Sardianos, ut liquet ex nummis autonomis qui habent inscriptum ΖΕΥC . ΛΥΔΙΟC . Convenit amplius Bonnati munus memoratum in v. 6. ἀγωνοθέτην διαρίων (διασίων, Meurs.) h. e. *certaminum Jovialium.*

In v. 7. obv. ἐνδείας, de qua adeat lect. commentt. in tit. VIII. vv. 8. 17. pp. 48. s.

Erat quoque Bonnatus primus Strategus (cf. tit. XIX. 13. p. 83.; Eckh. IV. p. 195.) Stephanephorus (Selden. ad Marm. Arund. p. 135.; Tristan, in Dissert. de numism. Decii, p. 598.; Vandal. Diss. v. 1. pp. 360. ss.) et summus sacerdos Tripolitanorum, quos Plinius memorat inter populos Lydiæ in v. 30. Video in Notit. Episcop. provinc. Lydiæ in tertio loco positum Tripolitanum.

De Stephanephoris fusius disseram in nott. ad titt. Aphrodisienses.

d.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ . ΚΑΙΣΑΡΑ . ΘΕΟΥ .
ΑΔΡΙΑΝΟΥ . ΥΙΟΝ . ΘΕΟΥ . ΤΡΑΙΑΝΟΥ .
ΥΙΩΝΟΝ . Τ . ΑΙΛΙΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ .
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ .(*a*) ΕΥΣΕΒΗ . ΣΕΒΑΣΤΟΝ .
ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ . ΕΞΟΥΣΙΑΣ . Β . ΥΠΑΤΟΝ .
ΤΡΙΤΟΝ . ΠΑΤΕΡΑ . ΠΑΤΡΙΔΟΣ .
Η . ΒΟΥΛΗ . ΚΑΙ . Ο . ΔΗΜΟΣ . ΤΩΝ .
ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ . ΕΤΙΜΗΣΕΝ . ΗΡΩΑ .
ΕΥΝΟΙΑΣ . ΑΥΤΟΥ . ΧΑΡΙΝ .

e.

Η . ΒΟΥΛΗ . ΚΑΙ . Ο ΔΗΜΟC .
ΚΑΙ . Η . ΓΕΡΟΥCΙΑ .(*b*)

(*a*) Ἀντωνῖνον. Titulum habeo ex Sponio, ubi supra, p. 331. Respectus habetur ad munificentiam imp. Pii, qui Sardes, inter ceteras Asiæ civitates, dum Præfectus fuit, ædificiis ornaverat. Hoc munus eum egisse colligimus ex Philostrato, *in Polem.* Capitolino, et Digestt. XLVIII. tit. 3. §. 6. Dein redux ab Hadriano adoptatus fuit paullo post v. Kal. Mart. U. C. 891., dictusque est collega in imperio proconsulari et tribunicia potestate. Purpuram assequutus est in eodem anno, Camerino et Nigro Coss., dein consulatum 2dum, et in ann. U. C. 892. ***Patris patriæ nomen delatum a Senatu, quod primo distulerat, cum ingenti gratiarum actione suscepit:*** Capitol. in ***Anton.*** p. 18. Pius (εὐσεβής) appellari inceperat in 891.

Ætas hujusce inscriptionis cernitur ex nummis comparatis, viz. U. C. 892. TR. P. II. COS. II. DES. III. P. M. IMP. II. et 893. TR. P. III. COS. III. P. M. P. P. IMP. II. Collega in hoc consulatu fuit M. Aurelius Cæsar. Vid. Eckhel. *D. N. V.* vol. VII. pp. 2. 3. 12. 35.; Dion. ***Hist.*** LXX. 2.

Inveniet lect. erud. titulum insignem apud Muratorium, vol. III. p. 46. (ed. 1767.), in quo commemoratur Antoninus, FILIUS. NEPOS. PRONEPOS. Ætas ejus est ann. U. C. 902. Orfito et Prisco Coss.

(*b*) Γερουσία. Videas inscr. in Spon. ***Misc. Er. Ant.*** p. 357.; Reines. *Syntagm.* Cl. VIII. Tit. 36.; Peysonnel. *Voyage, etc.* p. 345.

Distinguuntur ab invicem Βουλή, Δῆμος, Γερουσία, ut in titt. ad res Magnesiæ et Smyrnæ pertinentibus. In Smyrnæo est Συνέδριον τῶν ἐν Σμύρνῃ γερόντων, dictione variata. Conf. Reines. VII. 27. 4.; Eckhel. IV. p. 190. ex Marm. Oxon. n. 167.; Osann.

*
ETIMHCAN . TIBE
PION . ΚΛΑΥΔΙΟΝ . TIBEPI
ΟΥ . ΥΙΟΝ . ΚΥΡΙΝΑ .
ΙΟΥΛΙΑΝΟΝ . ΠΑΤΕΡΑ .
ΚΑΙ . ΤΟΥC . ΥΙΟΥC . ΑΥ
ΤΟΥ . ΚΛΑΥΔΙΟΝ . ΔΙΟ
ΜΗΔΗΝ . ΗΡΩΑ . ΤΙ
ΒΕΡΙΟΝ . ΚΛΑΥΔΙΟΝ . ******
ΗΡΩΑ . ΤΙΒΕΡΙΟΝ . ΚΛΑ
ΥΔΙΟΝ . ΧΑΙΡΕΑ . ΗΡΩΑ .
ΠΑΤΡΟC . ΚΑΛΟΥ . ΚΑΙ . ΑΓΑΘΟΥ .
CΤΡΑΤΗΓΟΥ . ΔΙC . ΚΑΙ . CΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ .
ΚΑΙ . ΓΥΜΝΑCΙΑΡΧΟΥ .
ΚΑΙ . ΤΑC . ΜΕΓΙCΤΑC .
ΑΡΧΑC . ΚΑΙ . ΤΑC . ΛΟΙΠΑC .
*

(Titt. Fourmont.) II. 30. 5. Convenit inscr. Cherræidens. in Pocock. (Tei. p. 20. n. 2.) ὁ Δῆμος. ἡ Βουλή. ἡ Γερουσία. quibus adjecta, οἱ Παρθένοι. οἱ Νέοι. Omnium optime ordines distinguit Dio Chrysostom. in Orat. 2da Tarsica (XXXIV.) pp. 418. s.

Reddit Spanhemius (Dissert. III. p. 134.) Γερουσίαν, *Collegium seniorum :* sed et ædes ita dictæ sunt in quo seniores *ætatis otio requiescentes* conveniebant. Conf. Plin. et Vitruv. cit. in p. 43. Gerusiam Nicomedensem memorat Plin. Secund. in Epist. x. 42. Erat et Teia, ut ex titulo inter meos, in quo memoratur *porticus Gerusiæ*, apparet. Hæc vero non cum *Gerontocomio*, nempe, loco in quo senes pauperes aluntur curanturque, confundendæ sunt. Verba Vitruviana sane sunt ambigua, sed consulentium ædes designant, τῆς γερουσίας, qualium fit mentio in Pausan. III. 11. 2. et Plutarch. in Tract. εἰ Πρεσβ. πολιτ. c. x. Lacedæmoniorum politiam attingentibus.

In vv. 32. s. notabilis est mentio Conventuum certaminum Iselasticorum, ita dictorum quia οἱ νικηφόροι ab iis reversi intra urbium mœnia εἰσήλασαν, secundum consuetudinem antiquitus a Græcis observatam quam memorant et Vitruvius in præfatis ad libr. IXm, et Plutarchus in Libr. II. Quæst. 5. § 2. Symposiacon. Non vero tantum Ludi, sed et Athletæ dicebantur Iselastici, si lectio communis vera sit in Plin. Secund. *Epist.* x. 119.; sed de hoc vide præfationem Schæferi, p. XVIII. Quæstionem ipsam ludorum tractant Turneb. I. 19., XXVII. 5., et Petr. Faber. in *Agonist.* II. 10. 17.; Delibat quoque Eckhelius in vol. IV. p. 443.

Censeo errorem hic irrepsisse in apographa virorum doctorum, et veram lectionem esse ΠΑΝΗΓΥΡΕΙΣ . ΕΙΣΕΛΑΣΤΙ ΚΩΝ .

*
ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑϹ . ΤΗ . ΠΑΤΡΙ
ΔΙ . ΦΙΛΟΤΙΜΩϹ . ΚΑΙ . ΑΥ
ΘΑΙΡΕΤΩϹ . ΕΚΤΕΛΕϹΑΝ
ΤΟϹ . ΥΙΟΥϹ . ΚΑΛΟΥϹ . ΚΑΙ . Α
ΓΑΘΟΥϹ . ΑΙΔΗΜΟΝΑϹ .
ϹΕΜΝΟΥϹ . ΜΕΤΡΙΟΥϹ .
ΠΕΠΑΙΔΕΥΜΕΝΟΥϹ . ΦΙ
ΛΟΠΑΤΡΙΔΑϹ . ΚΑΙ . ΦΙΛΟ
ΠΑΤΟΡΑϹ . ΤΙΒΕΡΙΟΝ . ΚΛΑΥ
ΔΙΟΝ . ΚΡΙϹΠΟΝ . **ΤΑΤΙΑΝΟΝ .
ΑΡΞΑΝΤΑϹ . ΤΑϹ . ΠΛΕΙϹΤΑϹ .
ΑΡΧΑϹ . ΚΑΙ . ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑϹ .
ΕΝΔΟΞΩΣ . ΚΑΙ . ΕΠΙΦΑΝΩϹ .
ΚΑΙ . ΓΡΑΜΜΑΤΕΥϹΑΝΤΑϹ . ΦΙΛΟ
ΤΙΜΩϹ . ΚΑΙ . ΠΑΝΗΓΥΡΕΙϹ .
ΕΛΑϹΤΙΚΩΝ .

f.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ . (*a*) ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ . ΑΠΟΛ
ΛΩΝΙΟΥ . ****ΘΕΟΦΑΝΟΥ . *****
ΤΗΝ . ΙΕΡΕΙΑΝ . ΤΗΣ . ΣΑΡΔΙΑΝΗΣ .
ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ . ΑΝΗΚΕΝ . ΤΟΥ . ΦΟ
ΡΟΥ . ΑΘΗΝΑΣ . ΕΥΣΕΒΩΣ . ΜΕΝ .
ΚΑΙ . ΟΣΙΩΣ . ΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝΗΝ .
ΠΡΟΣ . ΤΟ . ΘΕΙΟΝ . ΜΕΓΑΛΟΠΡΕ
ΠΩΣ . ΔΕ . ΚΑΙ . ΠΛΟΥΣΙΩΣ . ΕΠΙ
ΤΕΛΟΥΣΑΝ . ΤΟΙΣ . ΘΕΟΙΣ .
*

(*a*) Ἀπολλώνιος. Descript. ex Peysonnel. p. 349.

Hic titulus illustrat optime verba Taciti de Sardianorum religione in Annal. III. 63. demonstrans cultum Dianæ apud eos invaluisse. Conf. præfat. ad nostros, pp. 42. s.

Φόρος in v. 4. est communiter *tributum* s. *vectigal*, ut in Demosth. p. 156. 17., Reiske, et Herodot. I. 6. 27., III. 13. Pensionem ad sacros usus destinatam sacerdoti Artemidis hic remissam videmus, propter opipara ejus erga divos ministeria vitæque constantiam et modestiam, etc.

Inerant quædam σφάλματα, nempe, in vv. 3. 6. 7. 12., quæ facile mecum perspicient et corrigent eruditi.

ΘΥΣΙΑΣ . ΚΑΤΑ . ΤΟ . ΚΑΛΛΙΣΤΟΝ .
ΚΑΙ . ΔΙΑΦΕΡΟΥΣΑΝ . ΤΗ . ΕΞ . ΕΑΥ .
ΤΗΣ . ΚΟΣΜΙΟΤΗΤΙ . ΚΑΙ . ΕΥΣΤΑΘΕΙΑΙΣ .
ΚΑΙ . ΚΑΤΑ . ΠΑΝΤΑ . ΣΩΦΡΟΣΥΝΗ .
ΑΡΕΤΗΣ . ΕΝΕΚΕΝ . ΚΑΙ . ΕΥΝΟΙΑΣ .
ΤΗΣ . ΕΙΣ . ΑΥΤΟΝ .

g.

Ω . ΠΑΝΑΡΙΣΤΕ . ΒΟΚΟΝΤΙΕ .(*a*) *******
ΣΑΙΣ . ΑΤΕΛΕΣΤΟΝ . ******************
ΕΡΓΟΝ . ΕΟΙ . ΠΡΑΠΙΣΙΝ . **************
ΤΟΙΑ . ΠΟΝΗΣΑΜΕΝΩ . ****************

THYATIRA.

Pag. 57. Tit. XI. v. 2.

Κρατίστη. Epitheton honorificum, quale in tit. Sponiano (vol. i. p. 312.) conspicitur:

a.

Η . ΚΡΑΤΙΣΤΗ . ΘΥΑΤΕΙΡΗ
ΝΩΝ . ΒΟΥΛΗ . ΚΛΩΔΙΟΝ .
ΑΥΡ . ΠΡΟΚΛΟΝ . ΗΡΩΑ . ΑΝ
ΔΡΑ . ΕΥΓΕΝΗ . ΕΠΙ . ΣΕΜ
ΝΟΤΗΤΙ . ΒΙΟΥ . ΚΑΙ . ΑΡ
ΧΑΙΣ . ΚΑΙ . ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΙΣ(*b*)
ΠΑΣΑΙΣ . ΔΙΑ . ΤΕ . ΑΥΤΟΥ
ΚΑΙ . ΤΟΥ . ΓΕΝΟΥΣ .

(*a*) Βοκόντιε. Cernitur in op. Peysonnel. p. 341. Vidi et ipse in arcem ingressus, sinistrorsum in muro positum. Fragmentum metricum agnoscent lectores quod doleo a lapicida quodam ἀμούσῳ dum mœnia reficerentur deletum.

Expleat qui potest. Nomen historicum, quale in Philadelpheno, p. 34., non adest ad opem ferendam: nam quod memorat Tacitus de Vocontiis in Hist. i. 66. plane infructuosum est.

In v. 3. ἑοῖ de eodem dicitur, de quo πονησαμένῳ in seq. nisi sit ἕοι pro ἑῷ, ut in Hom. ex. c. *Iliad.* ί, 142.

(*b*) Λειτουργίαις. Vid. not. ad tit. xxxv. 5. p. 121.

PAG. 59. TIT. XII. v. 1.

Ἡ λαμπροτάτη πόλις. Titulum video inter Peysonnellianos(*a*), qui in hoc amplius restituendo opem minime spernendam feret:

b.

ΑΓΑΘΗ . ΤΥΧΗ .
ΟΙ . ΒΑΦΕΙΣ . ΑΥΡ . ΑΡΤΕΜΑΓΩ
ΡΟΝ . ΓΛΥΚΩΝΟΣ . ΥΙΟΝ . ΣΤΡΑ
ΤΗΓΟΝ . ΕΤΕΙΜΗΣΑΝ . ΕΠΙΣΤΗΣΑΜ
ΕΝΟΝ . ΤΟΥ . ΕΡΓΟΥ . ΒΑΦΕΩΝ .
ΑΠΟ . ΓΕΝΟΥΣ . ΤΟ . ΕΚ . ΤΟΝ . ΑΝΔΡΙ
ΑΝΤΟΣ . ΑΝΑΣΤΑΣΕΙΣ . ΛΑΜΠΑ
ΔΑΡΧΗΣΑΝΤΑ . ΤΩΝ . ΜΕΓΑΛΩΝ .
ΙΕΡΩΝ . ΑΥΤΩΝ . ΤΕΤΕΙΩΣ .
ΕΣΩΠΥΘΙΩΝ . ΔΕΚΑΠΡΩΤΕΥΣΑΝΤΑ .

Hæc sequenti modo restituenda censeo:

Ἀγαθῇ Τύχῃ.
οἱ βαφεῖς Αυρ. Ἀρτεμίδω-
ρον, Γλύκωνος υἱόν, στρα-
τηγόν, ἐτίμησαν, ἐπιστησάμ-
ενον τοῦ ἔργου βαφέων
ἀπὸ γένους τὸ ἕξ, τοῦ ἀνδρι-
άντος ἀναστάσει, λαμπαδ-
αρχήσαντα τῶν μεγάλων
ἱερῶν ἀγώνων αὐγουστείων,
ἰσοπυθίων δὲ καὶ πρωτεύσαντα.

Fere ab omni parte cum nostro (XII.) convenit, excepto, quod memoratum in v. 5. Asium existimo. Indicia τοῦ Ω, et dein intervallum litteras inter, 5^{tam} et 6^{tam}, apparebant. Aliter simpliciter posuerim ἀναστάσει.

(*a*) Voyage à Thyatire, etc. p. 284.

Erat Artemidorus (vel Aristagoras; nam missum facio Peysonnellianum Artemagorum), Strategus (quod nomen(*a*) facit vir doctus), et suorum sextus qui collegio Tinctorum præfuerant... τὸ ἕξ, vel τὸν ἕκτον. Dein præses fuerat in certamine cum facibus dum ludi Augustales agerentur: Isopythiis quoque præfuerat; nisi quis conjecerit simul sumi debere αὐγουστείων et ἰσοπυθίων, ut adeo indicentur ludi Augustales pari celebratione cum Pythiis acti. Hoc vero minime probandum duco. Erant ludi, Ἰσολύμπια, Ἰσάκτια, ut ex marmoribus Chandleri(*b*) et Corsinii(*c*) liquet, Ἰσαρήεια quoque, ut ex Dione(*d*) colligendum reor; quidni Ἰσοπύθια? Comparent porro in nummis(*e*), ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ. ΠΥΘΙΑ. et ΟΛΥΜΠΙΑ. ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ. ΠΥΘΙΑ. ab invicem omnino distincta, ut in marmore Peysonnelli et meo posita censeo ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΩΝ. ΙΣΟΠΥΘΙΩΝ.

Missum ideo faciamus oportet Peysonnelli illud ΔΕΚΑΠΡΩΤΕΥΣΑΝΤΑ(*f*), quod certe in marmore quod inspexi non exstitit, nec, credo, in Peysonnelliano.

Videbunt lectores me ex sordibus docti viri in v. penult. eruisse ΑΓΩΝΩΝ. ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΩΝ. Quid enim ΑΥΤΩΝΤΕΤΕΙΩΣ? Notissimum est præterea sacros dictos fuisse ludos, quia celebrabantur in honorem deorum, eorumve qui ad instar deorum colebantur, Augustorum; quia porro ad exemplar quatuor certaminum illustrium, quæ Sacrorum titulo gaudebant, acta perhibentur. Hinc in nummis(*g*), ΙΕΡΟC, cum additis ΠΥΘΙΟC. ΜΥCΤΙΚΟC., vel ΠΑΝΙΩΝΙΟC.

(*a*) Versio Peysonnelli est: *La Communauté des Teinturiers a honoré d'une statue Artémagore, fils de Glycon Stratique, le sixième de sa famille qui a été directeur des ouvrages de Teinturiers, Lampadarque des grandes Fêtes, et ensuite des jeux Pythiens, et Décurion.*

(*b*) Inscript. antiq. VI. p. 92.

(*c*) Dissert. agon. in Isthm. §. 14.

(*d*) Vid. not. in tit. XIII. 6. p. 61.

(*e*) Comp. numm. Thyatir. et Trallian. in Eckhel. vol. III. pp. 123. 127.

(*f*) Vertit Peysonnellus, *ubi supra*, "Décurion." Quid ergo erat δεκαδάρχης? Magis accurate Passovius, in Enchirid. Gr. I. p. 478. Δεκάπρωτοι, "*decemprimi*, die zehn erster Rathsherren, besonders in Röm. Municipien." *Decuriones* erant in Municipiis quod Romæ Senatores: hinc Vet. Gloss. Βουλευταί. Sed *decemprimi* (cf. Cic. *pro Amerino*, IX. *in Verrem*, II. 2. 67.) erant Decuriones primi decem, quorum auctoritas inter cives eminebat maxime. Hos Livius (in XXIX. 15.) appellat *denos principes.*

Conf. Bœckh. *C. I.* n. 2639.; Walpolii *Itinerar.* II. p. 541.; Fellows. II. p. 17. in Inscr. Trallian. Noris. ad Cenotaph. Pis. Dissert. I. c. 3.

(*g*) Nempe, Sides Pamphyliæ, et Smyrnæ, in Eckhel. IV. 426.

vel ΑΓΩΝ . ΠΥΘΙΑ . quod Latine expressum videmus in marmore Gruteriano(*a*), CONSTITVTORI . SACRI . CERTAMINIS . ISELASTICI. Proinde in mea explicatione scripsi *ἱερῶν ἀγώνων αὐγουστείων*.

Hæc una cum tribus aliis in honorem Trajani, Æsculapii, et Commodi, memorata cernuntur in marmore Oxoniensi(*b*): necnon in nummis(*c*), et CEBACTA et CEBACMIA dicta, Severi, Elagabali, Caracallæ, etc. Quæ in honorem Octaviani fuere instituta attigi in nota ad Tit. XIII. v. 6. p. 61.

Epith. *μεγάλων* exprimit apparatum magnificum ludorum, ut *ἄριστα* in nummo Thyatirensi Valeriani apud Vaillant. Sic CEYHPEIA . ΜΕΓΑΛΑ . in num. Nicomediæ Bithyn. etc. In marmoribus etiam quam plurimis: ex. c. Reinesiano, in Cl. v. n. 22. v. 2. p. 368. ΝΙΚΗΣΑΣ . ΤΟΝ . ΑΓΩΝΑ . ΤΩΝ . ΜΕΓΑΛΩΝ . ΚΑΠΙΤΩΛΕΙΩΝ . et in Walpoliano, *Memoirs, etc.* Tit. VIII. v. 6. s. p. 458. ΝΙΚΗΣΑΝΤΑ . ΤΑ . ΜΕΓΑΛΑ . ΔΙΔΥΜΕΙΑ . Hic titulus, ut noster, erectionem statuæ in honorem athletæ commemorat. Conf. Eckhel. u. s. pp. 435. 7. 9. 444. 453.

Restat ut lectt. benevv. moneam ut mecum refingant unum et alterum in observationibus meis de hoc titulo quas inter marmora Thyatirensium calamo nimis facili conscripsi.

Inprimis, Apollonius non perhibetur *Victor in cursu*, ut dixi in Præfat. p. 56., sed Præses certaminis. Apud Græcos Lampadarchia erat cum munere Gymnasiarchæ connexa.

Dein, lectiones *αὐγουστείων ἰσοπυθίων* restituendæ sunt in v. 7. pp. 59. 61. et cuncta a me dicta de ordinibus Augustalium et Isopythiorum, in nota, pro alienis existimanda.

PAG. 62. TIT. XIII. v. 2.

Οἱ περὶ τὸν ἡρακλέα. Formula conspicitur in titulo Reinesii(*d*):

Η . ΙΕΡΑ . ΞΥΣΤΙΚΗ . ΣΥΝΟΔΟΣ . ΤΩΝ . [ΑΘΛΗΤΩΝ .]
[ΠΕΡ]Ι . ΤΟΝ . ΗΡΑΚΛΕΑ .

Notata a viro docto reperio: *Hercules Olympiorum conditor, eoque præses ejus-*

(*a*) Inscr. p. CCLIV. n. 4.
(*b*) [illegible] n. 7.; Comp. Tit. Gruter. [illegible] n. 267.; Spanhem. p. 717.
(*c*) Eckhel. ub. su. p. 436.
(*d*) Syntagm. Inscr. antiq. Cl. v. n. 41. 3.

modi certaminum, ac velut tutelaris, in omnibus gymnasiis æreus marmoreusve constituebatur, modo solitarius, modo cum Mercurio in unum signum conflatus.

Erant et Heraclea, ludi ἐξόχως Herculi sacrati, quæ in nummis cum aliis, Pythiis, nempe, et Actiis, consociata cernuntur(*a*).

IBID. v. 5.

Κατὰ τὸ ἀρχαῖον. Consentit tit. in Pocock.(*b*) inter Thyatirenses:

c.

ΟΙ . ΠΕΡΙ . ΤΟΝ . ΗΡΑΚΛΕΑ
ΤΩΝ . ΠΡΩΤΩΝ . ΓΥΜΝΑΣΙΩΝ .
ΚΑΙ . ΚΑΤΑ . ΤΟ . ΑΡΧΑΙΟΝ . ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ .
ΝΕΑΝΙΣΚΟΙ . ΑΥΡ . ΘΗΣΕΑ . ΝΙΚΗΦΟΡΟΝ .
ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΟΝ . ΝΕΙΚΗΣΑΝΤΑ . ΕΝΔΟΞΩΣ .
ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝ . ΕΝ . ΤΩ . ΥΠ' . ΑΥΤΩΝ . ΕΠΙΤΕΛΟΥΜΕΝΩ .
ΕΠΙΝΕΙΚΙΩ . ΣΕΒΗΡΕΙΩ . ΑΓΩΝΙ . ΥΠΟ .
ΕΠΙΣΤΑΤΗΝ . ΑΥΡ . ΑΤΤΙΚΟΝ . ΖΩΣΙΜΟΝ .

In altero(*c*) occurrit locutio **κατὰ τὸ καινόν**:

d.

ΛΙΚΙΝΙΟΝ . ΡΟΥΦΙΝΟΝ . ΣΥΓΚΛΗΤΙΚΟΝ .
ΥΙΟΝ . ΛΙΚΙΝΙΟΥ . ΡΟΥΦΙΝΟΥ . ΟΙ . ΠΕΡΙ . ΤΟΝ .
ΗΡΑΚΛΕΑ . ΠΡΩΤΩΝ . ΓΥΜΝΑΣΙΩΝ .
ΝΕΑΝΙΣΚΟΙ . ΚΑΤΑ . ΤΟ . ΚΑΙΝΟΝ . ΤΟΥ . ΤΡΙΤΟΥ .

Καινὸν hoc, et **ἀρχαῖον**, quid significationis secum ferunt? Profecto nescio, nisi quod tituli ipsi declarant, nempe, diversas extitisse leges et consuetudines secundum quas honores gymnasiorum tribuebantur, veteres novasque, quarum

(*a*) Eckhel. u. s. p. 442.

(*b*) Inscr. p. 39. n. 1. Hunc et Peysonnellus descripsit: *Voyage*, p. 287.

Dedi in v. 4. νικηφόρον (potius νεικηφ.) pro Pocockiano μικηφορου. Dein in v. 6. παγκράτιον pro παγκρατιον, et in penult. ἐπινικίῳ, pro επινικω. Peysonnellus habet ΑΙΩΝΙ in eodem.

(*c*) Inscr. p. 40. n. 11. In v. ult. legit Pocockius κατὰ τὸν κ.

illæ ad Pancratiastas, hæ ad cives εὐεργέτας gymnasiorum, respectum habuerunt. Nam probabilis videtur conjectatio, morem antiquum fuisse, ut honores ii soli consequerentur qui in arte gymnastica eximie se gesserint, per reportationem τῶν θεμάτων.

PAG. 65. TIT. XIV. v. 4.

Ἄλλοις ὀνόμασι. Locutio Sallustiana est *honestis nominibus*(a) (Angl. *under specious pretexts*) quacum convenit Dionysii Halic. illud, ἔπραττε δὲ Ἀμούλιος τοῦτο μετ' ὀνομάτων καλῶν, ὡς τιμὴν τῷ γένει καὶ κόσμον περιτιθείς(b).

Est vero et altera significatio, quæ apud Græco-Latinos videtur usitata fuisse, nempe, *persona*. Sic *nomen* (ut plurimum ad debitorem designandum) μετωνυμικῶς, in Cic. *Epist. ad Famil.* v. 6. extr. Senec. *Benefic.* v. 22. et apud poetas, Val. Flacc. v. 120.; Sil. Ital. XVII. 492.; Lucan. I. 313.; quibus adde Ovid. *Trist.* II. 441.

Si Græcum requiras, citandus venit tit. Tloens. Fellowsii(c), in quo juris limitatio per μόνοις ὀνόμασιν indicatur, nempe, ad personas ipsas, nulla ratione habita posterorum, vel Eutychis ipsius, vel exterorum quibus jus sepulturæ conceditur.

Hoc, formula strictiore, in seqq. declaratur: μὴ ἑπομένης, μήτε αὐτῷ, μήτε οἷς συγχωρεῖ, γενεᾶς.

Titulum nostrum Thyatirenum de lite quadam agere, quam in Atticum propter bustum violatum intenderat Aurelia, persuasum me habeo. Ἐφευρετὴς (si sana sit lectio) erat Atticus ille, qui contra legem jubentem, οὐδὲ τρόπον ἐφευρεῖν ᾧ ἂν ἀπαλλοτριώθῃ (sepulcrum) κατὰ παρεύρεσιν οὐδεμίαν(d), peccaverat: dein per ὀνόμασιν ceteros designat titulus quibus denegata est sepeliendi facultas.

Cuncta sic bene procedunt. Sed legendum quis dixerit οὐδέσιν, non ἄλλοις, oratione ad hunc modum decurrente, *nec cuivis alteri repertori* (i. e. qui viam abalienandi sepulcri reperierit), *quibusvis nominibus, licitum erit sepelire.* Hac ratione formula οὐδέσιν ὀνόμασιν cum Aphrodisiensi κατὰ παρεύρεσιν οὐδεμίαν conveniret.

Judicent, aut meliora hisce perspiciant, eruditi.

(a) Catilin. XXXVIII.
(b) Antiq. Rom. I. 76.
(c) Append. A. Tit. 134. v. 6. p. 395.
(d) Cito ex tit. Aphrodis. ex meis. Extat in Böckh. C. I. n. 2834.

Pag. 67. Tit. XV. v. 2.

'Αμβαθείῳ. Quod conjeci in vv. ll. sc. *Σαμβαθείῳ* reperio in exemplari Sponiano(*a*) hujusce tituli, qui se conspexisse tradit in atrio domus Mústafæ Aghæ. Necnon in Peysonnelliano(*b*). Uterque horum habet pro *Χαλδάρου*, *Χαλδαίου*, vertente Peysonnello, *dans l'enclos de Chaldæus*. Cetera menda piget enarrare.

Descripserat et Smithius(*c*) nostras, cujus apographum citat Peysonnellus: v. 2. *πρὸς τοῖς ἀμβαθείοις ἐν το κλαυδιο περιβόλῳ.* Dein in v. 6. *αργτριου*, in v. 9. *ἁπλᾶ δια.* Cuncti legunt in v. 12. *'Ιουλιανοῦ.*

De voce *περίβολος* vid. supr. Ephesina, tit. (g.), p. 145.

Pag. 68. Tit. XV. v. 7.

'Αργυρίου δηνάρια. Denarius nempe erat et *aureus* (sc. nummus), et *argenteus*. Rationem inter hos statuit Didymus ab Harduino(*d*) citatus, I: 25.

Eodem spectant Petronii verba: *Pro calculis enim albis ac nigris, aureos argenteosque habebat denarios*(*e*). De illis Plautus(*f*):

> Nummi octingenti aurei in marsupio infuerunt,
> Præterea centum denaria Phillippea in pasceolo seorsus.

Quibuscum conf. Plin. xix. 15. 1.; Cic. Philipp. xii. 8.

Ταμεῖον. *Φίσκος* in tit. Eumeniensi Arundelliano(*g*), quem ex sordibus purgatum integrum referre libet: *'Αγαθὴ τύχη. = Τὸ ἡρῷον, καὶ τὸν ἐπ' αὐ = τοῦ βωμόν, κατεσκε = ύασεν 'Ιουβέντιος = 'Ροῦφος, στρατιώτη = ς ἑαυτῷ, καὶ τῇ γενο = μένῃ αὐτοῦ γυναικὶ = Σεπτιμίᾳ Λουκίλλῃ, = εἰς δ αὐτοὶ κηδευθή = σονται, ἕτερος δὲ οὐ = δεὶς παρὰ γνώμην = τοῦ 'Ρουφοῦ, ἡ διάταξ*(*h*) *= ιν. ὁ δὲ ἐπιχειρήσας κη = δεῦσαι ἕτερόν τινα = ἀποτίσει εἰς τὸν ἱε = ρώτατον φίσκον = ⁎ ,βφ'. Δισχί = λια π = εντακόσια.*

Agnoscimus vocem Latinam et in altero Eumeniensi ab eodem viro docto evulgato(*i*), et in tituli fragmento Leakiano(*j*). Receperunt et Aphrodisienses,

(*a*) Voyages, etc. i. p. 316.
(*b*) Voyage à Thyatire, etc. p. 278.
(*c*) Notit. Eccles. As. p. 255.
(*d*) Not. ad Plin. xxxiii. 13. 1.
(*e*) Satiric. xxxiii. p. 44. Bipont.
(*f*) Rud. v. 2. 26. s.
(*g*) Append. Inscr. p. 377.
(*h*) Literæ fractæ sunt in exempl. Arundell. Legendum forsan *διαταγήν*.
(*i*) Ubi supra, p. 373.
(*j*) Ibid. p. 307.

ut ex schedulis meis liquet: conf. titt. Fellows. in Append. A. vol. II. n. 48. v. 3., n. 51. v. 8. pp. 345. 8.

PAG. 69. IBID. v. 8.

Ὑπεύθυνος ἔξωθεν. Hæc illustrat, inter Walpolianos, titulus Patarensis(a),

ΥΠΕΥΘΥΝΟΣ
ΕΣΤΑΙ . ΑΣΕΒΕΙΑ .(b) ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣ . ΘΕΟΙΣ .
ΚΑΙ . ΥΠΟΚΕΙΣΕΤΑΙ . ΤΟΙΣ . ΔΙΑΤΕ
ΤΑΓΜΕΝΟΙΣ . Κ***ΞΩΘΕΝ
ΑΠΕΡΡΑΕΙΤΩΝ . ΤΩ . ΔΗΜΩ . ΧΜ̈ .(c)

PAG. 72. TIT. XVI. v. 2. a.

Ἐπομένοις. Habet exemplar Peysonnellianum, posthac memorandum, ἐπωνύμοις (ἐπωνύμοις), sed vix commodo sensu, nisi inauditum confinxeris, *iis, qui postea nominandi sunt:* certissimum enim est recenseri quædam nomina sub tituli finem.

Supplementum nostrum probandum existimo ex titulo Tloensi Fellowsiano, cit. supr. in pag. 177.

In titulo(d) manco ejusdem, inter Lycios, tentes seqq. in princ.

ΤΟ . ΗΡΩΟΝ . ΕΑΥΤΩ . ΤΕ . ΚΑΙ .
******ΔΕ . ΤΟ . ΥΠΟΣΟΡΙΟΝ . **
*******ΕΠΟΜΕΝΟΙΣ . ΤΗΣ . ΓΕΝΕΑΣ .

Vel ἑπομένης, ut in altero, Tloensi sc.

PAG. 73. IBID. v. 5. a.

Ἀλλοτρίων. Hi aliter appellati ἐξωτικοί, in titt. Tloens. Fellows.(e) Tales erant qui nullam habebant affinitatem cum familia conditoris.

Ex nostro orta ἀπαλλοτρίωσις (et ἀπαλλοτριῶσαι), nempe, concessio facul-

(a) Vid. Tit. VII. 5. p. 543.

(b) Malim ΑΣΕΒΕΙΑΣ, ex Demosth. *in Stephan.* p. 1114. 21. *de Coron.* p. 293. v. pènult. Verba ἴστωσαν ὑπεύθυνοι ἀσεβίᾳ (ἀσεβείας) vertit Chishullus, *impietatis rei aguntor:* Antiq. Asiat. p. 159.

(c) Sic a Walpolio eduntur literæ numerales. Magis probandum fortasse ΧΣ, i. e. MCC.

(d) Vol. II. Tit. 193. v. 2. p. 238.

(e) Ibid. Tit. 134. 3. 135. 12. pp. 395. s.

tatis præter voluntatem conditoris sepulcri facta. Hæc obvia sæpenumero cernuntur in titt. Aphrodisiensibus, alibique, ut in Smyrnæo, a Reinesio(*a*) evulgato.

IBID. v. 6. b.

Λολλιανῷ. Conservavit nomen, quod pæne ex marmore, quum inspexi, exoleverat, apographum Peysonnellianum, sc. Gentianum Lollianum. In fastis Consularibus video, sub finem imperii Severiani, sc. U. C. 964. P. C. 211., consulem, una cum Pomponio Basso, Q. Epidium Rufum Lollianum Gentianum. Suspicari fas est eundem fuisse Lollianum qui hic memoratur, nam quod Gentianus in marmore præponitur nil moror, quoniam in hac re minime sibi constant veteres: ex. c. Imp. Alexander Severus appellatur in tit. Thyatir. infr. Severus Alexander: immo, in tit. Smyrnæo apud Pocock. agnoscimus ipsum Lollianum; ΑΝΘΥΠΑΤ** . ΛΟΛΛΙΑΝΟΥ . ΓΕΝΤΙΑΝΟΥ. p. 26. n. 2.

IBID. v. 8. c.

Εἰσώστων. Subjungant velim legentes huic notæ quædam alia ad rem sepulcralem pertinentia vocabula: 'Αγγεῖον, obv. in titulo Patiniano quem citat Vandalius(*b*), quod ex Pitisc. I. 156. opinor fuisse *arcam sepulcralem*. Videbit lector infr. inter titt. Smyrnæorum additamentum. Dein, *ὑποσόριον*, et ipsum in cellulas partitum, in tit. Fellows. laudat. supr., necnon Antiphellensi(*c*). *'Ενσόριον* quoque, ut ex inscriptione Smyrnensi, inter Pocockianas(*d*), liquet.

Horum simplex (*σόριον*) conspicitur inter titt. Fellowsii(*e*). Erant nempe et *σορὸς* et *σόριον*, ut *ὅρος* et *ὅριον*, *λύχνος* et *λύχνιον*, et similia.

Fortasse *τὸ ὑποσόριον* describitur in titulo ejusdem viri præstantis Aphrodisiensi(*f*), per verba, *ἐν δὲ τῇ ἰσώστῃ τῇ πρώτῃ ὑποκειμένῃ σορῷ*. Quid vero *ἐνσόριον*? Credo cellulam tumuli super ipsum sarcophagum. Passovius vero exponit *Sarkophag*.

Restat ut exemplar Peysonnellianum hujusce tituli in legentium fructum apponam. Comparatione facta, elicient lectiones germanas eruditi in quibusdam locis, ubi elementa, qualia ipse vidi, pæne ex marmore exsulaverant, præsertim in vv. 5. sq. seriei 2^{dæ}, et in primo 3^{tiæ}.

(*a*) Syntagm. etc. Cl. VII. Tit. 27. p. 502.
(*b*) Dissert. V. c. 1. p. 375.
(*c*) Ubi su. Tit. 182. v. 6. pp. 186. 420.
(*d*) Inscriptt. p. 23. n. 12. v. 3.
(*e*) Ubi supra, Tit. 55. v. 9. p. 354.
(*f*) Ibid. n. 41. v. 5. p. 40.

e.

ΤΕΧΝΟΙΣΕΑΥΤ
ΩΝΚΑΙΕΠΟΝΥΜ
ΟΙΣΜΗΔΕΝΟΣ
ΕΤΕΡΟΥΕΧΟΝ
ΤΟΣΕΞΟΥΣΙΑΝΑΛ
ΛΟΟΝΩΜΑΕΝΒΑΛ
ΛΕΙΝΟΣΔΑΝΤΙΠΑΡΑΤΑΥ
ΤΑΠΟΙΕΙΔΩΣΕΙΤΗ
ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ
ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ
ΠΟΛΕΙ⋇ΑΦ
ΤΗΣΕΠΙΓΡΑΦΗΣ
ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝΕ
ΤΕΘΗΕΙΣΤΟΑΡΧΕΙ
ΟΝΑΝΤΥΠΑΤΩΓΕΝΤΙΑΝΩ
ΛΟΛΛΙΑΝΩ******ΑΠΕΛ
ΛΑΙΟΥ*****ΥΠΟΑΛΕΞΑΝΔΡ
ΟΝΚΑΙΚΟΝ**********
ΕΧΟΝΤΩΝΔΕΤΗΝΕΞ
ΟΥΣΙΑΝΤΟΥΤΟΠΟΥ
ΤΟΥΚΑΤΑΤΗΣΚΑΜΑΡ
ΑΣΑΥΡΡΟΥΦΟΝ
ΒΟΥΛΕΥΤΗΝΥΙΟΝ
ΤΗΣΑΔΕΛΦΗΣΜΟΥ
*****ΑΝΝ******ΔΕΣΠΟΙΝΗΣ
ΤΗΣΠΡΟΕΝΚΕΙΜΕ
ΝΗΣΣΟΡΟΥΕΠΙΩΣ***
* * * * * * * * * *
* * * * * * * *

De *επονυμοις* in v. 2, disputavi supra. In 5. s. se prodit lectio *ἄλλο ὄνομα* cum sensu *personæ* qualem attigi in p. 177. In 11. multa designatur, Denar. MD. Opinor præivisse in titulo ante v. 12. *ταύτης*, ut scripsi in p. 72. Dein, proconsulem memoratum habemus in 15. s. et mensem in quo relatus fuerat titulus, nempe, Apellæum, non Trajanum, sicut antea, ex levibus sane indiciis, in p. 73., conjectaveram. Erat ille, prout rationes diversas sequamur mem. in not. pp. 139. s., = Octob-Novembr. vel Novemb-Decembr., vel etiam Januar-Febr. Ceterum, in titulo Thyatireno facile mensem Macedonicum expectaveris.

Dein ponuntur nomina scribarum a regestis, quæ nunc ex lapide evanuere. In vv. 19. ss. lectt. in loco pæne conclamato bonæ notæ eruuntur; nam *καμάρα* vox et ipsa sepulcralis est, quam attigi supr. p. 145. Quod ad reliqua spectat, nequeo constructionem expedire in 22. ss. ex apographo docti viri: nec video ΔΡΑ . . . ΗΤ . Ν (v. 5. c. in p. 72.) quæ certe in marmore exstiterant. Vicissim, præbet Peysonn. nova quædam, *τῆς ἀδελφῆς μου* et *δεσποίνης*, quæ fructum secum ferunt. Mecum consentit in clausula ΕΠΙΩ**.

Spectatis his cunctis, versionem loci turbati a v. 19. sic refinxerim:

In numerum eorum qui jus sepeliendi habent in loco subter cameram sepulcralem relatos volo Aurelium Rufum, Senatorem; Anneæ Despœnæ, sororis meæ, filium, virum honoratum, Titum Anneum . . . . in cellulis vero quæ intus jacent, sarcophago appositis . . .

Si hæc vera sint, et recte constituatur in v. 25. lectio Peysonnelli, habemus nomen muliebre *Despœnam* olim, ut nunc, a Græcis usurpatum.

Δηνάρια ͵βφʹ. Sensum tetigi in hoc loco, at (credo) non lectionem veram. Probandum magis existimo *ἀργυρίου* ✻ *͵βφʹ.*, ut in titulo Eumeniensi supr. cit. p. 85. cui conf. ex Arundellianis alterum in Appendice inscriptt(*a*).

Formula exstat quoque in epigr. sepulcrali apud Troadem reperta, quam conspicere est in Diario Classico(*b*); necnon in Aphrodisiensi, ex meis, quam reperiet l. b. inter Fellowsianas(*c*), sed sordibus misere inquinatam.

* * * * * *

Insequitur fasciculus insigniorum ex titulis qui a Sponio, Pocockio, Smithio, Peysonnello, apud Thyatira descripti sunt. Sermonis depravationes quæ in libris virorum doctorum prostant, pro parte mea virili emendandas curavi.

f.

Η . ΒΟΥΛΗ . ΚΑΙ . Ο . ΔΗΜΟΣ .
ΕΤΕΙΜΗΣΑΝ . ΟΥΛΠΙΑΝ .
ΜΑΡΚΕΛΛΑΝ . ΤΗΝ . ΙΕΡΕ
ΙΑΝ . ΤΗΣ . ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ . (*d*)
*****ΑΝΑΣΤΗΣΑΝΤΩΝ .
ΤΗΝ . ΤΕΙΜΗΝ . ΑΝΔΡΟΝΕΙ
ΚΟΥ . ***ΚΑΙ . ΣΤΡΑΤΟΝΕΙΚΗΣ .
* * * * * * * * * * * * * * *

g.

Α***ΣΤΡΑΤΟΥ . ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ . ΤΟΥ .
ΠΡΟ . ΠΟΛΕΩΣ . ΤΥΡΙΜΝΟΥ . (*e*) ΕΝΔΟΞΩΣ . ΚΑΙ . Ε
*

(*a*) Append. Inscr. p. 363. n. 26. v. ult.

(*b*) Vol. IV. p. 406.

(*c*) Ubi su. Tit. 53. v. 6. p. 351.

(*d*) Hic titulus reperitur apud Sponium, *Voyage, etc.* vol. I. p. 310.; Peysonnellum, *Voyage à Thyatire, etc.* p. 255.

Cultum Artemidis apud Thyatirenses probant et marmora et nummi: vid. infr. tit. (n.) et Eckhel. *Num. Vet. Anecd.* pp. 267. s. *D. N.* vol. III. p. 121.

Integrum non descripsi, de religione Thyatirenorum illustranda tantum solicitus.

(*e*) Sponius, ex cujus libro hunc titulum descripsi, u. s. pp. 311. s., explicat *προπόλεως, du dieu Tyrimnus, qui avoit son*

ΠΙΦΑΝΩΣ . ΕΝ . ΤΕ . ΔΕ . ΝΟΜΑΙΣ . ΚΑΙ . ΕΠΙΔΟΣΕ
ΣΙΝ . ΤΑΙΣ . ΠΡΟΣ . ΤΗΝ . ΒΟΥΛΗΝ . ΑΝΑΣΤΡΑ
ΦΕΝΤΑ . ΦΙΛΟΤΕΙΜΩΣ . ΚΑΙ . ΜΕΓΑΛΟΠΡΕ
ΠΩΣ . ΚΑΙ . ΤΑΣ . ΔΗΜΟΤΕΛΕΙΣ . ΘΥΣΙΑΣ . ΚΑΙ .
ΕΟΡΤΑΣ . ΑΦΘΟΝΩΣ . ΚΑΙ . ΑΝΥΠΕΡΚΡΙΤΩΣ .
ΕΠΙΤΕΛΕΣΑΝΤΑ . ΕΝ . ΤΗ . ΠΑΝΗΓΥΡΕΙ . ΚΟΣΜ
ΗΣΑΝΤΑ . ΤΗΝ . ΠΑΤΡΙΔΑ . ΕΝ . ΔΕ . ΤΩ . ΘΥΜΕ
ΛΙΚΩ . ΚΑΙ . ΓΥΜΝΩ . ΑΓΩΝΙ . ΘΕΜΑΣΙΝ . ΑΣΥΝ
ΚΡΙΤΟΙΣ . ΟΙΚΟΘΕΝ . ΚΑΙ . ΘΕΜΑΣΙΝ . ΠΡΟΣ
ΦΟΡΟΙΣ . ΤΟΥΣ . ΑΓΩΝΙΣΤΑΣ . ΚΑΤΑΣΤΗΣΑΝΤΑ .
ΘΕΟΥ . ΚΑΙ . ΤΟΥ . ΠΑΤΡΟΣ . ΛΑΙΚΙΑΝΟΥ . ΑΝ
ΔΡΟΣ . ΕΝ . ΠΑΣΑΙΣ . ΑΡΧΑΙΣ . ΚΑΙ . ΛΕΙΤΟΥΡ
ΓΙΑΙΣ . ΚΑΙ . ΥΠΗΡΕΣΙΑΙΣ . ΥΠΑΚΟΥΟΝΤΟΣ . ΤΗ .
ΠΑΤΡΙΔΙ . ΦΙΛΟΤΕΙΜΩΣ . Η . ΒΟΥΛΗ . ΕΚ . ΤΩΝ .
ΙΔΙΩΝ . ΜΑΡΤΥΡΟΥΣΑ . ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ . ΕΚ . ΠΑΙ
ΔΟΣ . ΗΛΙΚΙΑΣ . ΚΑΙ . ΕΝ . ΑΛΛΑΙΣ . ΑΡΧΑΙΣ . ΚΑΙ .
ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΙΣ . ΑΥΤΟΥ . ΗΔ****ΠΗΡΕΤΟΥΝΤΟΣ
ΤΗ . ΠΑΤΡΙΔΙ . ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ . ΑΝΤΩΝΙΟΥ
ΒΑΣΣΟΥ .

temple au devant de la ville. Scripsi πρὸ πόλεως, et potui προπολέως, secundum exemplar Jovis πολιέως apud Athenienses.

In altero qui in libro Peysonnelliano exstat, p. 293., obvia sunt seqq. σεμνότατον ἱερέα τοῦ προπάτορος θεοῦ Τυρίμνου, quod reddidit vir doctus *Père commun.* Certe tertius rex Macedonum Argivæ stirpis erat Thyrmas vel Thurimas, qui cum Candaule Lydo, et Dejoce Medo, necnon Ahazo et Hezekia, Judæorum principibus, cætaneus fuit. Poterat ille fuisse προπάτωρ. Vide Petavii Catalogum regg. Macedon. ex Dexippo, Diodoro, et Eusebio, in *Rationar. Tempp.* P. II. p. 125.; Helvic. *Theatr. Histor.* p. 51.

Optime et hoc congruere videtur origini civitatis quam Coloniam Macedonum perhibet Strabo in XIII. 4.

Menda Sponiana correxi, in v. 2. ΤΥΡΙΜΝΟΣ, in 7. ΕΡΟΤΑΣ, in 8. ΕΠΙΤΕΛΕΑΝΤΑ, in 10. ΑΓΟΝΙ, in 11. ΑΣΥΝΚΡΙΤΟΣ, in 11, 12. ΤΕΜΜΑΣΙΝ ΠΡΟΣΠΑΡΑΣ, in 15. ΥΠΕΡΕΣΙΑΙΣ, in 18. ΗΑΙΚΙΑΣ, in 19. ΔΕΙΤΟΥΡΓΙΑΙΣ, ibid. ΗΑ . . Ε . . ΠΝΕΤΟΥΝΤΟΣ, in 20. ΕΠΙΜΕΛΕΘΕΝΤΟΣ.

Quod ad θέματα spectat, vide not. ad tit. III. 6. p. 29. Amplitudo eorum et convenientia hic laudantur quæ et thymelicis certaminibus et gymnicis ornandis inserviebant. Noti sunt priores vel ex Vitruvio, v. 8. p. 146. Bip. Ulpian. *Digest.* III. 2. 4.

h.

Η . ΠΑΤΡΙΣ .
Μ . ΑΥΡ . ΔΙΑΔΟΧΘΝ . ΙΠΠΙΚΟΝ . (*a*) ΤΟΝ . ΑΡΧΙΕ
ΡΕΑ . ΤΗΣ . ΑΣΙΑΣ . ΝΑΩΝ . ΤΩΝ . ΕΝ . ΠΕΡΓΑΜΩ .
ΚΑΙ . ΑΡΧΙΕΡΕΑ . ΚΑΤΑ . ΤΟΝ . ΑΥΤΟΝ . ΚΑΙΡΟΝ .
ΤΗΣ . ΠΑΤΡΙΔΟΣ . ΚΑΙ . ΔΙΑ . ΒΙΟΥ . ΒΟΥΛΑΡΧΟΝ .
ΤΙΜΗΘΕΝΤΑ . ΥΠΟ . ΤΟΥ . ΘΕΙΟΤΑΤΟΥ . ΑΥΤΟ
ΚΡΑΤΟΡΟΣ . Μ . ΑΥΡ . ΣΕΟΥΗΡΟΥ . ΑΝΤΩΝΕΙ
ΝΟΥ . ΣΕΒΑΣΤΟΥ . ΣΥΝΑΨΑΙ . ΤΑΣ . ΑΡΧΙΕΡΩ
ΣΥΝΑΣ . ΤΟΙΣ . ΟΞΕΣΙΝ . ΕΝ . ΕΚΑΤΕΡΑΙΣ . ΤΑΙΣ .
ΠΟΛΕΣΙΝ . ΦΙΛΟΤΙΜΗΣΑΜΕΝΟΝ . ΕΝΔΟΞΩΣ .
ΚΑΙ . ΜΕΓΑΛΟΦΡΟΝΩΣ . ΑΝΔΡΑ . ΕΠΙ . ΗΘΕΣΙ .
ΚΑΙ . ΕΠΙΕΙΚΕΙΑΙ . ΚΑΙ . ΤΗΙ . ΠΡΟΣ . ΤΗΝ . ΠΑ
ΤΡΙΔΑ . ΕΥΝΟΙΑΙ . ΔΙΑΠΡΕΠΟΝΤΑ .

i.

Η . ΒΟΥΛΗ . ΚΑΙ . Ο . ΔΗΜΟΣ .
ΛΟΥΚΙΟΝ . ΑΥΡ . ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΗΝ . (*b*)

(*a*) Titulus conspicitur inter Sponianos, u. s. p. 318.; Pocockian. n. 8. p. 39.; Peysonnellian. u. s. p. 268.

Sponii apogr. ab omni parte absolutum est, nisi quod in v. 8. edidit ΑΡΧΙΕΡΕΩΣΥΝΑΣ. Peysonnellus dedit in v. 6. ΑΠΟ; in v. 9. ΟΕΕΣΙΝ; in v. 11. ΕΠΜΘΕΣΙ. Eundem errorem cum Sponio admisit in v. 8. Habet Pocockius ΔΙΔΟΧΟΝ in v. 2.

Diadochus hic memoratus erat *ordinis equestris*, *ἱππικὸς* v. *ἱππεύς*, ut in nummis Cotyæi, Smyrnæ, etc. et in marmoribus, Palmyreno, Melitæo, etc., apud Barthelemyum et Reinesium laudat. ab Eckhel. vol. IV. pp. 226. s. Erat quoque antistes templorum quæ propter *κοινὸν ἀσίας* exstructa in Pergamo fuerunt, et pontifex urbis Thyatirenorum, utroque honore propter merita ejus ab Imperatore collato. Conf. supr. ad tit. (c.) Sardian. p. 168.

In v. 9. *ὀξεῖς* sunt qui promptam operam navant in re aliqua gerenda. Velocitatem exprimit vox in Herodt. v. 9.; Herodn. I. 9. in sacr. Rom. III. 15. Dein *ὀξὺς acer*, *habilis*, in Proverb. XXII. 29. LXX. *ὁρατικὸν ἄνδρα, καὶ ὀξύν.* In Demosth. *Olynth.* III. p. 32. 22. *γνῶναι ὀξύτατοι.* Hinc Hesychianum, *φρόνιμος.* Sic et *acutus:* ut in Cic. *Epist. ad divv.* VI. 6.

(*b*) Titulum descripsi ex Peysonnell. libr. p. 290. Posuit v. d. ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΗΣ in v. 2.

*
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ . ΜΕ
ΓΑΛΟΠΡΕΠΩΣ .
ΥΙΟΝ . Λ . ΑΥΡ . ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΟΥΣ .
ΚΑΙ . ΑΥΡΗΛΙΑΣ . ΤΑΤΙΑΣ .
ΤΩΝ . ΑΓΩΝΟΘΕΤΩΝ . ΚΑΙ .
ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ . ΤΗΣ . ΑΣΙΑΣ .

k.

ΑΓΑΘΗ . ΤΥΧΗ .
Η . ΒΟΥΛΗ . ΚΑΙ . Ο . ΔΗΜΟΣ . ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΝ .
ΤΡΥΦΩΝΟΣ . ΥΙΟΝ . ΤΟΝ . ΠΡΥΤΑΝΙΝ . ΚΑΙ .
ΙΕΡΕΑ . ΤΗΣ . ΡΩΜΗΣ .(*a*) ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑ .
ΣΙΤΩΝΗΝ . ΚΑΙ . ΤΡΙΤΕΥΤΗΝ . ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ .
ΒΟΥΛΗΣ . ΔΗΜΟΥ . ΔΕΚΑΠΡΩΤΕΥΣΑΝΤΑ .
ΕΤΗ . Ι . ΚΑΙ . ΕΠΙΔΟΣΕΣΙ . ΚΑΙ . ΚΥΡΙΑΚΑΙΣ .
ΥΠΗΡΕΣΙΑΙΣ . ΧΡΗΣΙΜΕΥΣΑΝΤΑ . ΤΗΝ .
ΠΑΤΡΙΔΑ . ΚΑΙ . ΑΠΟΔΟΧΕΑ . ΤΩΝ .
ΑΡΧΕΙΩΝ .

l.

ΤΟΝ . ΓΗΣ . ΚΑΙ . ΘΑΛΑΣ
ΣΗΣ . ΔΕΣΠΟΤΗΝ .
*

Notabile est feminam hic dici Asiarcham et Agonothetam. Sic et Neocoræ, Stephanephoræ, Gymnasiarchæ, immo et Magistræ Equitum. Conf. Eckh. *D. N. V.* IV. p. 291.; *N. V. Anecd.* p. 248.; Vandal. *Dissertt.* IV. V. VII.

(*a*) Conf. Peysonnel. u. s. p. 292. Edidit v. d. ΔΕΚΑΠΡΟΤΕΥΣΑΝΤΑ in v. 6., ΕΠΙΔΟΣΕΙ in v. 7., ΥΠΕΡΕΣΙΑΙΣ in v. 8.

Roma erat apud Thyatirenses æque ac ceteros Asianos dea. De hoc conf. Sueton. *Oct.* 52. Tacit. *Annal.* VI. 37. Dion. LI. 20. Eckh. de num. Pergam. et August. in vv. II. pp. 466. s. VI. pp. 100. s.

Erat Σιτώνης (v. 5.) apud Athenienses magistratus qui præfectus fuit vendendo frumento etc. Hanc vocem, et σιτοφύλαξ, explicat fuse doctiss. Bœckhius in *Staatshaush.* I. p. 70. (Vers. Angl. pp. 113. ss.)

Ἀρχεῖα in v. 10. vertend. *Collegia magistratuum.* Ἀποδοχεῖς eorum erat fortasse qui salariis pendendis præfuit, ut in Atheniensium politia Ἀποδέκται. Vid. Bœckh. u. s. vol. I. p. 188.

*
ΑΥΤ . ΚΑΙΣ . Μ . ΑΥΡ . ΣΕΟΥΗΡΟΝ .(*a*)
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ .
ΠΑΡΘ . ΜΕ . ΒΡΕΤΑΝΝΙ . ΓΕΡ . ΜΕ .
ΠΑΤΕΡΑ . ΠΑΤΡΙΔΟΣ .
ΕΑΥΤΟΥ . ΚΑΙ . ΤΗΣ .
ΠΟΛΕΩΣ . ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ .
Τ . ΑΝΤ . ΑΛΦΗΝΟΣ .
ΑΡΙΓΝΩΤΟΣ . ΤΟ
ΤΡΙΤΟΝ . ΧΕΙΛΙΑΡΧΟΣ .
Ο . ΙΕΡΕΥΣ . ΤΟΥ . ΘΕΟΥ .
ΚΑΙ . ΝΕΩΚΟΡΟΣ .
ΤΟΥ . ΣΕΒΑΣΤΟΥ .
ΚΑΙ . ΕΠΙΤΡΟΠΟΣ . ΣΕ
ΒΑΣΤΟΥ . ΑΡΧΗΣ .
ΛΙΒΙΑΝΗΣ . ΕΠΑΡΧΟΣ .

m.

ΑΓΑΘΗ . ΤΥΧΗ .
ΑΥΤ . Κ . Μ . ΑΥΡ . ΣΕΟΥ .
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ .(*b*)
*

(*a*) Vid. Spon. u. s. p. 314.; Peysonnel. p. 280. Pessime descripserat prior, cujus menda corrigit apogr. Peysonn.

Prostant in exempl. Spon. vv. 5. s. ΠΑΡΘ . ΜΕ . ΠΑΤΕΡΑ . ΓΕΡΜ . ΜΕ . ΠΑΤΡΙΔΟΣ . Dein (omisso prorsus ΕΠΑΡΧΟΣ) in vv. ult. ΑΡΚΗΣ . *ΙΒΙΑΝΗΣ ., quæ inepte reddit, *Procureur Impérial du Trésor de Libie.* Illustrant voces χιλίαρχον, ἔπαρχον, tit. Phryg. Fellows. II. 198. 5. s. p. 424.

Ætas tituli eruenda est ex vv. 5. 6. Caracalla appellatur *Parthicus Maximus. Britannicus. Germanicus. Magnus. Pater Patriæ.* Eckhelius scripsit; *Comparet* (nempe, *Germanicus*) *primum in numis tribunatu* XVI. *notatis, qui fluxit cum anno V.C.* 966. vol. VII. p. 222. De reliquis conf. pp. 219. 221. s. ut et de *Pio*, *Felici*, qui conspiciuntur in inscr. prox. v. 4. *Felicem* audiit Caracalla secundum numos in an. V. C. 966. *sed* (notante Eckhelio) *maturant marmora.*

(*b*) Titulus in honorem, ut qui præit, Caracallæ. Conf. Spon. *ubi supra.*

Vertit Sponius ΑΡΙΓΝΩΤΟΣ κ. τ. λ. in v. 6. *très illustre après trois commandemens de mille hommes.* Atqui fuit agnomen viri, ut patet ex titulo (l.) 10. Porro, idiotismus ἀπὸ τριῶν χ. est ex notissimis, et inter Græcos et (cum *a*, *ab*), inter Latinos. Vid.

*
ΣΕΒ . ΕΥΣ . ΕΥΤΥΧΗ .
Τ . ΑΝΤ . ΑΛΦΗΝΟΣ .
ΑΡΙΓΝΩΤΟΣ . ΑΠΟ .
ΤΡΙΩΝ . ΧΙΛΙΑΡΧΙΩΝ .
ΤΟΝ . ΙΔΙΟΝ . ΚΥΡΙΟΝ .
ΚΑΙ . ΤΗΣ . ΠΟΛΕΩΣ .
ΚΤΙΣΤΗΝ . Ο . ΙΕΡΕΥΣ .
ΤΟΥ . ΘΕΟΥ . ΚΑΙ . ΝΕΩ
[ΚΟΡΟΣ] ************

n.

ΑΓΑΘΗ . ΤΥΧΗ .
ΑΡΤΕΜΙΔΙ . ΒΟΡΕΙΤΗΝΗ .(*a*)
ΠΑΤΡΙΔΙ . ΓΑΥΚΩΝ . ΕΥΜΕ
ΔΟΝΤΟΣ . ΑΝΕΘΗΚΕΝ .

Idiotism. Græc. Viger. IX. 1. 13.; Scheller, *Gr. Lat.* II. 1. 9. §. 1. ex Herodian. VII. 1. p. 192. Tau.; Cic. *Mur.* 30. Hic omittitur articulus. Expressio absolutior foret, *ὁ ἀπὸ τριῶν χιλιαρχίων.*

Prostat in libro Peysonnelliano et alter titulus in quo reperitur nomen hujus Arignoti: integrum non descripsi, partem tantum quæ illustrationibus meis potissimum inservire duxi: Ἀγαθὴ τύχη. = Ἀντ. Κλ. Ἀλφ. Ἀρίγνωτον, τὸν κράτιστον, = ἐπίτροπον (procuratorem) τοῦ Σεβ., ἀρχῆς Λειβιανῆς ἔπαρχον, = ***** ὑπατικόν, συγ = γενῆ, υἱὸν, καὶ ἔγγονον ἀρχιερέων = Ἀσίας, ἀδελφιδοῦν (Peysonn. αδελφουν. Fort. ἀδελφὸν) Ἀλφ. Ἀπολλιναρίου, ἐπὶ κῆν = σον τοῦ Σεβ., νεωκόρον (Peysonn. νεωκόρων) τῆς λαμπρο = τάτης Κυζικηνῶν (Peyson. Κυσικ.) μητροπόλεως, ***** σεμνότατον ἱε = ρέα τοῦ προπάτορος θεοῦ Τυρίμ = νου.

Procuratores Cæsaris habebant in provinciis rerum fiscalium administrationem, ἐπίτροποι nominati a Dione, LIII. 15.; Joseph. *Antiqq. Jud.* XVII. 9. 3. Quum præsidum vices gererent, vocabantur ἔπαρχοι vel, ut in Joseph. u. s. XVIII. 2. 2., ἐπάρχοντες.

De Eparchia Libyæ vid. Strab. XVII. 3. sub fin. In regione Marmarica videtur hic Alphenus magistratum suum gessisse.

(*a*) Titulus exstat in libr. Smithii, p. 20., ut et in Peysonnell. p. 253. Insignis est propter memoratam religionem Artemidis Boreitenes, quam ex nummis illustrat Eckhelius, et in *N. V. Anecd.* p. 268., et *Doctr. N.* III. p. 121. Respuit v. d. Græcam vocis originem, in sermone antiquo regionis involutam arbitratus.

Legit Peysonn. ΟΡΕΙΤΗΝΗΣ. Smithius antea, ΟΡΕΙΤΙΝΗΣ. In v. 3. posui ΕΥΜΕΔ. pro Peysonnelliano ΕΥΙΔ.

O.

ΑΓΑΘΗ . ΤΥΧΗ .
ΟΙ . ΑΡΤΟΚΟΠΟΙ .(*a*) ΕΤΕΙΜΗΣΑΝ . ΚΑΙ .
ΑΝΕΘΗΚΑΝ . ΕΚ . ΤΩΝ . ΙΔΙΩΝ . Γ .
ΙΟΥΛΙΟΝ . ΙΟΥΛΙΑΝΟΝ . ΤΑΤΙΑ
ΝΟΝ . ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΝ . ΚΑΙ .
ΑΣΙΑΡΧΗΝ . ΚΑΙ . ΑΡΧΙΕΡΕΑ . ΔΙΑ .
ΒΙΟΥ . ΤΡΙΤΕΥΣΑΝΤΑ . ΚΑΙ . ΑΓΟΡΑ
ΝΟΜΗΣΑΝΤΑ . ΚΑΤΑ . ΤΟΝ . ΑΥΤΟΝ . ΕΝΙ
ΑΥΤΟΝ . ΚΑΙ . ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑ . ΠΡΟΣ .
ΤΟΝ . ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ . ΠΡΟΙΚΑ . ΚΑΙ . ΚΑ
ΤΟΡΘΩΣΑΜΕΝΟΝ . ΤΑ . ΜΕΓΙΣΤΑ . ΤΗ .
ΠΑΤΡΙΔΙ . ΥΙΟΝ . Γ . ΙΟΥΛΙΟΥ . ΙΠΠΙ
ΑΝΟΥ . ΚΑΙ . ΚΟΡΝΗΛΙΑΣ . ΣΕΚΟΥΝ
ΔΗΣ . ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ . ΤΗΣ . ΑΣΙΑΣ . ΕΚ
ΓΟΝΟΝ . ΦΛΑ . ΜΟΣΧΙΟΥ . ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ .
ΑΠΟΓΟΝΟΝ . ΦΛΑΒΙΩΝ . ΙΠΠΙΑΝΟΥ .
ΚΑΙ . ΤΑΤΙΑΣ . ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ . ΕΚ . ΠΡΟΓΟ
ΝΩΝ . ΚΟΣΜΟΥΝΤΑ . ΚΑΙ . ΓΕΝΕΙ . ΚΑΙ .
ΕΡΓΟΙΣ . ΚΑΙ . ΦΙΛΟΤΕΙΜΙΑΙΣ . ΕΝ . ΠΑΝ
ΤΙ . ΚΑΙΡΩ . ΚΑΙ . ΟΙΚΙΣΤΗΝ . ΤΗΣ . ΠΟ
ΛΕΩΣ .
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ . ΤΟΥ . ΑΝΔΡΙΑΝ
ΤΟΣ . ΛΕΣΒΙΟΥ . ΦΙΛΩΤΟΥ . ΚΑΙ . Α
ΝΑΣΤΗΣΑΝΤΟΣ . ΤΟΝ . ΒΩΜΟΝ . ΕΚ . ΤΩΝ .
ΙΔΙΩΝ . ΜΕΤΑ . ΑΣΚΛΗΠΙΟΝ . ΚΟΝΤΟΥ .
ΥΙΟΝ .

(*a*) Ἀρτοκόποι. Collegium pistorum, qui et ἀρτοποιοί et ἀρτοκόποι vocabantur. Vox nostra conspicitur in Herodot. I. 51., IX. 82.; Xenoph. *Exped.* v. 5. 19.; Athen. III. 77. c.

Commemoratam habemus (v. 13.) Corneliam Secundam, Asiarchia functam; (conf. supr. pp. 166. 168. 185.); necnon Tatiam, sacerdotem summam, in v. 17.

Titulum descripsi ex Peysonnelli libro, p. 272., mendis quibusdam ablegatis ex vv. 8. 17. 22. 25.

PERGAMUM.

Pag. 84. Tit. XIX. v. 10.

Πρώτων. Hic nullam commemorationem factam cernimus dignitatis Metropolitanæ, nisi quæ in titulo *Primi* delitescit. Certe ab ea videntur summa cura abstinuisse Pergameni, nam in uno tantum nummo, sc. Musei Cæsarei Vindobonensis, designatur urbs eorum Metropolis(*a*). Sed dignitatem ampliorem Primatus sibi vindicabant, quæ, qualis erat, et a quibus civitatibus expetita, paucis nunc explicanda est.

Fontes jamdudum disputationis aperui in nota ad hunc locum in Fasciculo: plura vetabat occasio quæ nunc explicatiora postulat.

Inprimis ducem sequamur doctissimum Eckhelium, qui in opere præstanti(*b*) recenset varias eruditorum sententias de tituli hujus justa significatione, nempe, Prideauxii, Sperlingii, Rubenii, Vaillantii, Spanhemii, Buonarottii, quarum Buonarottianam magis comprobat(*c*). Censebat, in primis, Spanhemius primatus ambitionem nec ad jurisdictionem spectasse, nec ad magnitudinem urbium, nec ad neocoratum, sed ad prærogativa templorum in conciliis communibus gentis, ad sacrorum, ludorum communium pro salute, ut plurimum, atque in honorem Imperatorum, celebrationem; (concilia etenim communia (*κοινὰ*) exstitisse quæ ad templa communia, sacra, festos, ludos, Asiarcharum constitutionem, sacerdotumque, qui procurationem eorum susciperent); denique ad concordiam urbium Asiæ inter se dissidentium revocandam(*d*).

Quid ergo sibi volebat designatio illa *πρώτη*? Primæ metropoleos dignitatem et gradum, judice Spanhemio, quod confirmat vir præstantissimus ex verbis Procopii; *ἀφ' οὗ δὴ καὶ εἰς μητροπόλεως ἀξίωμα ἦλθεν· οὕτω γὰρ τὴν πρώτην τοῦ ἔθνους καλοῦσι Ῥωμαῖοι*(*e*). Tales ratione singulari erant Ephesus, Smyrna, Pergamum, quæ proinde abstinentiam a designatione Metropoleon videntur affectasse, titulum plurium et viliorum urbium dedignatæ, quippe quæ fuerunt clarissimæ omnium et revera primæ(*f*). Hinc porro exortæ dissensiones inter eas acerbissimæ, vindicantibus sibi *ἐξόχως* hac et altera titulum invidendum. Hoc ex nummis abunde satis comprobatur: Pergameni exstant, et Smyrnæi,

(*a*) *D. N. V.* vol. iv. p. 472.
(*b*) Ibid. vol. iv. p. 283. s.
(*c*) Vid. Spanhem. *Dissert.* ix. pp. 632. ss.; Eckhel. *D N. V.* vol. iv. p. 283. s.
(*d*) Spanhem. *ubi supra.*
(*e*) De Ædific. L. v. c. 4.
(*f*) Spanhem. u. s. p. 610.

ΠΡΩΤΩΝ, et ΠΡΩΤΩΝ . ΑCΙΑC .(*a*) Dein, CΜΥΡΝΑΙΩΝ . ΠΡΩΤΩΝ . ΑCΙΑC . ΚΑΛΛΕΙ . ΚΑΙ . ΜΕΓΕΘΕΙ .(*b*) Quin audacter magis in nummo Musei Cæsarei ab Eckhelio allato, Η . ΠΡΩΤΗ . ΤΗC . ΑCΙΑC . ΚΑΙ . ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC . ΠΡΩΤΗ . ΚΑΙ . ΤΡΙC . ΝΕΩΚΟΡΟC . ΠΡΩΤΗ . ΤΩΝ . CΕΒΑCΤΩΝ . ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ . ΠΟΛΙC . (*c*) Attamen Ephesios, in adducto quodam singulari Imperatoris Macrini nummo(*d*), prærogativam sibi vindicantes ΜΟΝΩΝ . ΠΡΩΤΩΝ . ΑCΙΑC . videmus, ut in altero titulo neocoratus recitato in not. p. 85.

Hinc simultates inter Græculos exortæ, quæ compositæ sub Pio notantur ex nummo Vaillantiano, CΜΥΡ . ΠΕΡΓ . ΕΦΕCΙΩΝ . ΟΜΟΝΟΙΑ ., adjecta religione iconum numinum tutelarium, Nemeseos, Æsculapii, et Dianæ(*e*): prorupturæ tamen denuo sub Marco et Vero, ut ex Oratione Aristidea(*f*) discimus.

Marmora cum nummis conspirant, ut conspicere est ex segete titulorum quos identidem congesserunt viri docti copiosa. Revocabunt legentes titulum de Munatio quem supra inter Ephesinos recensui(*g*) ex Pocockio, in qua designatur urbs præclara *Prima, Maxima Metropolis Asiæ, etc.* cui nec cedere putandi sunt Smyrnæi, ut colligere licet ex epigraphe Chandleri(*h*), in qua civitas eorum prædicatur *Prima Asiæ pulcritudine et magnitudine, illustrissima Metropolis Asiæ*, et *decus Ioniæ:* similiter quoque ex duabus alteris quæ sequuntur; necnon Pocockiana(*i*), quam reportavit vir insignis ex situ urbi propinquo, a Turcis dicto *Hadjilár* (حجيلر).

Constat ex marmore insigni Smithiano(*k*) Pergamenos assumpsisse titulum primatus in tempore vel Trajani. Deinde, ut jam antea notavi(*l*), aucti sunt honores, Æsculapii causa, a Caracalla, unde trigeminum primatum sibi tribuebant cives, qui tamen a Macrino ablati sunt, et cum infamiæ nota propter dicteria eorum in Cæsarem. Ad hoc stabiliendum fides nummorum egregie cum historica conspirat; nam, post Caracallam, *rarior est eorum moneta, et magis secundum veterem modestiam*(*m*).

(*a*) Eckhel. vol. II. pp. 556. 472, IV. p. 283.
(*b*) Ibid.
(*c*) Ibid.
(*d*) Eckhel. vol. II. p. 521, IV. p. 282.
(*e*) Vid. Vaillant. (cit. Spanhem.) p. 46.; Eckhel. u. s. IV. p. 337.
(*f*) De Concord. Urbb. p. 330.
(*g*) P. 144.
(*h*) Marm. Oxon. Tit. XXXV. p. 73.
(*i*) Inscr. n. 2. p. 26. Hanc inter Smyrnæarum appendicem reperiet lector.
(*k*) *Survey of the Seven Churches of Asia*, p. 214.
(*l*) Not. ad Tit. XIX. 10. p. 85.
(*m*) Eckhel. vol. II. p. 472.

Quid ergo de hac ambitiosa epigraphe, *qua claræ olim civitates, præ aliis vicinis aut æmulis urbibus, efferre se subinde et commendare voluerunt*(a), statuendum est? Quæstionem fuisse jurisdictionum, quas appellant, censebat magnus Usserius(b); solennitatum religionis Mazzolenus, ex Dione Chrysostomo(c); quid si probabiliora amplectamur, nempe, litem fuisse de titulo qui nihil conferebat vel dignitatis vel emolumenti, quem vocat Dio, ὄνου σκιάν(d), et cujus aliorumque consimilium affectationem ridebant, tanquam ἑλληνικὰ ἁμαρτήματα(e), Romani? Certe Epheso concessum est, ut notat Usserius(f) ex Ulpiano, insigniterque comprobatur per nummum Vaillantianum, assentientibus ceteris cunctis Asianis, ut proconsul Asiam applicans hanc metropolem primam attingeret. En dignitatem revera fructuosam, et quæ ad vana ingenia delectanda eximie comparata fuit!

IBID.

Δὶς νεωκόρων. Scribit Eckhelius; *Honos* (sc. Neocoratus) *incipit sub Antonino Pio, scripto primum simpliciter* ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *et adhuc sub hoc legitur* ΔΙC . ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Geminatus memoratur in sequentibus, at sub Caracalla et Domna triplicari incipit*(g).

Vaillantius scribit *quartum* Neocoratum a Caracalla fuisse Pergamenis concessum. Occasio fortasse innotescit ex Herodiani verbis, quum nempe Imperator ἠπείχθη εἰς Πέργαμον τῆς Ἀσίας, χρήσασθαι βουλόμενος θεραπείαις τοῦ Ἀσκληπίου(h). Vid. not. tit. XIX. p. 85.

Atqui hoc marmore edocemur, etiam florente Hadriano, cives fuisse duplicem Neocoratum adeptos; et ex Smithiano cit. supr., simplicem, in tempore Trajani. Adeo difficile est, ex hoc elogio vel semel posito vel repetito, certam aliquam chronologiam statuere.

PAG. 86. TIT. XX. v. 1.

Πόπλιον. Disputationibus nostris de hoc titulo, tanquam in honorem Hadriani contexto, virium minime parum accedit ex nummo Musei Clivensis, quem

(a) Spanhem. *Dissert.* IX. p. 618.

(b) Disquis. de Asia, c. 4. (ed. Dubl. 1841. vol. VII. p. 31).

(c) Orat. ad Nicomed. (viz. XXXVIII.) p. 479.

(d) Orat. Tarsens. p. 427.

(e) Orat. Nicomed. p. 479.

(f) Ubi supra; nempe ex libr. I. tit. Digg. XVI. de offic. procos. Nummus est ΕΦΕCΙΩΝ . Α . ΚΑΤΑΠΛΟΥC., quem ex Ulpiano explicuit Spanhemius, u. s. pp. 608. 615.; conf. Eckh. II. 518.

(g) Doctr. N. V. vol. II. p. 472.

(h) Hist. IV. 8. (p. 130. Tau.)

editum et illustratum a Belleyo memorat Eckhelius. Inscriptionem habet IMP. CAES. NER. TRAIAN. OPTIM. AVG. GERM. DAC., cui respondet in altera facie, HADRIANO. TRAIANO. CAESARI.

De hoc scribit Eckhelius: ***Posset hic numus juvare Dodwellum, qui inter adoptionem Hadriani et mortem Trajani annum interponit***(*a*).

In commentariis meis egi pro rato habens delitescere nomen Hadriani in versu primo. Atqui fatendum est (quod ipsum ex VV. LL. luculenter satis comparet) elementa fuisse a lapicidis barbaris deformata adeo inter operandum, ne dicam deleta, ut locus conjectationi amplissimus adhuc manere possit. Erunt fortasse quibus verosimile apparebit titulum fuisse in honorem insignis viri Julii Quadrati compositum, cujus nomen in fastis consularibus, in anno octavo Trajani, invenio, et qui Asiæ proconsulatum, una cum plurimis aliis muneribus gradus amplioris, gesserat. Esto! Mei propositi imprimis est ut veritatem assequar, ideoque lectoribus eruditis rem totam retractandam permitto: quod ut fiat optimis auspiciis, apponendum curavi titulum insignem ex opusculo Smithii ante dicto descriptum, et qui, aliquantulum auctus, in opere præstantissimo Marinii, ex Sponio præsertim, dein Muratorio, Cornaro, desumptus exstat.

Fortasse movebit quosdam quod titulus ΘΕΟΥ (DIVI) abest a v. 8., et proinde nomen ΝΕΡΟΥΑΣ in eo nullum locum habere potuisse. Sed et hujus omissionis exemplum habemus in nummo supra citato ex Eckhelio(*b*): et præterea, quis affirmare posset titulum καθιερώσεως non præcessisse? Recordandum est enimvero agi in materia præsenti de monumento admodum exeso et vetustate et barbarorum injuria. Quod ad voces quæ hinc inde jacent spectat, facillimum certe foret ex ductibus literarum exarare qualia in exemplari Smithiano exstant, nempe ΦΡΑΤΡΕΜ. ΑΡΟΥΑΛΕΜ. Ceterum, quid vetat conjectare Hadrianum munera obiisse sacerdotis curialis apud Antiochenses, majoris, si placet, nam ad gradum quem memorat titulus Gruteri(*c*), qui ante oculos versatur, haudquaquam necesse est nomen illustre detrudere, etsi certissimum sit Hadrianum, imperante Nerva, ad honores amplissimos non admissum fuisse? Quid, porro, obstat sententiæ magnum imperatorem Antiochiam ornavisse, dum hoc sacerdotio fungeretur, ædificiis illis quorum memoria apud chronographos tenetur?(*d*)

(*a*) Ubi supra, vol. VI. pp. 473. s.

(*b*) Vid. de hac re ipsius Eckhelii obss. in p. 474.

(*c*) Inscriptt. CCCV. 4. 5.

(*d*) Vid. Malala, *Storia delle arti*, vol. II. p. 389. not. A.

Nomen certe Hadriani cum Antiochenis connexum præferunt nummi ab Eckhelio(*a*) aliisque memorati. Sed et Quadrati quoque; cujus insigne documentum habemus in nummo a Rascheo(*b*) memorato; quod vero a materia nostra alienum est, si verum sit quod ab Eckhelio subjicitur, nempe, Præsidem Syriæ illic commemoratum fuisse C. Ummidium Quadratum, ætatisque Claudianæ(*c*).

En vero titulum ex vv. ll. in primis reconcinnatum. Utcunque fuerit, gratias debeo fortunæ quæ me compotem fecit epigraphes, qualis vel cum nummo Belleyano, vel cum decantato illo Smithii titulo, æquiparari potest.

a.

* * * * * * * *

ΑΥΛΟΝ . ΙΟΥΛΙΟΝ . ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΝ .
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ . ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΝ .
ΚΑΙ . ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ .
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ . ΝΕΡΟΥΑ .
ΤΡΑΙΑΝΟΥ . ΚΑΙΣΑΡΟΣ . ΣΕΒΑΣΤΟΥ .
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ . ΔΑΚΙΚΟΥ . ΣΥΡΙΑΣ .
ΦΟΙΝΙΚΗΣ . ΚΟΜΜΑΓΗΝΗΣ . ΣΕΠΤΕ
ΜΟΥΙΡΑ . ΕΠΟΥΛΩΝΩΝ . ΦΡΑΤΡΕΜ .
ΑΡΟΥΑΛΕΜ . ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ . ΤΩΝ . ΕΝ .
ΤΩ . ΧΡΥΣΟΡΟΑΤΩΝ . ΠΡΟΤΕΡΟΝ .
ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ . Η . ΒΟΥΛΗ . ΚΑΙ . Ο . ΔΗΜΟΣ .
ΔΙΑ . ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ . ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ . ***
*Υ . ΚΑΙ . ΜΑΛΧΙΩΝΟΣ . ΚΑΙ . ΚΕΦΑΛΙΩΝ
ΟΣ . ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ . ΚΑΙ . ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ .
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ . ΤΟΥ . ΑΜΥΝΤΟΥ . ********

* * * * * * * *

Quæstionem de Antiochensibus tetigi in not. pp. 89. s. Si desideret lector eruditus ulteriora, referendus est ad Ptolemæum (Edit. Mercat. 1584.) v. 2. p. 60. a., 4. p. 62. a. b., 8. p. 65. a., 15. p. 69. b., p. 70. a., vi. 10. p. 80. a.; Cluver. *Introd. Geograph.* (ed. 1711.) v. 14. p. 340., 19. p. 361., 23. p. 376. Amplissima est porro Antiocheiarum enumeratio in opere Rascheano, vol. i. pp. 739. ss.,

(*a*) Ubi su. vol. vi. p. 513.

(*b*) Lexic. Univ. Rei Nummar. vol. i. p. 769.

(*c*) Vid. vol. iii. p. 280.

et in Eckhelii *D. N. V.* II. p. 574., III. pp. 18. etc. Adire licet quoque doctissimi Bœckhii *Corp. Inscriptt.* n. 1586., et quæ a Wienero proferuntur ad tit. Fellowsian. XXI. 2. 38. in vol II. p. 307. ubi, ut obiter notem, urbs Pisidiæ innui videtur, quæ et a Plinio vocatur Colonia Cæsarea. Nummi imperatorii exhibent epigr. COL. CAES. ANTIOCHIA. (*a*), et ab Ulpiano memoratur ***Colonia Antiochensium in Pisidia juris Italici***(*b*).

De Antiochiis disputavit quoque illustris Spanhemius in Libro de Numismatibus, *Dissert.* IX. pp. 585. ss.

Quomodo vero solvendus est nodus de Chrysorrhoatis? Invenio in Ptolemæo (*ubi supra*) Laodiceiam appellatam et *Diospolin apud Lycum*, vel *Rhoan:* hinc ad *Chrysorrhoan* facilis est transitus; et reipsa cernimus in nummo quodam Hierapolitarum epigr. ΧΡΥΣΟΡΟΑС, qui non alius esse potest quam Lycus, flumen quod et ipse transii inter Laodiceiam et Hierapolin. Sic quoque Arundellus(*c*), cum quo conf. Eckhelium(*d*) et Rascheum, qui subjicit noluisse Harduinum adjudicare hunc nummum Hierapolitis Syriæ et Chrysorrhoæ Damasci.(*e*) Jure equidem; et hinc lucem affulsisse dixerit aliquis, non illam ex urbe Pisidica, quæ longius distabat, sed ex civitate *apud Mæandrum*, quæ designari poterat tanquam in regione Chrysorrhoatarum posita, quum hinc Hermus, illinc Mæandrus, fluenta aurifera receperint. Erat Antiocheia expresse dicta *apud Mæandrum:* Tralles quoque, prope hoc flumen sitæ, Antiocheiam audiverant: et in nummis Hierapolitanis epigraphen video quæ jamdudum suspicionem indiderunt consortium quoddam fuisse iis cum nomine Antiocheia. Sed neque has neque Caricam urbem designatas video in libro Pliniano(*f*) ex Chrysorrhoa.

Judicent de his cunctis eruditiores. Manet mihi sententia quamdam ex Antiocheiis Syriacis in titulo insigni designatam habere lectores.

In fine tituli recensentur (credo) *οἱ στρατηγοί*, quorum unum fuisse Cephalionem luculenter ex nummis constat(*g*). Supplevi igitur in v. 13. ΚΕΦΑΛΙΩΝΟΣ.

Rem de Epulonibus, necnon de Fratribus Arvalibus, attingam in titulorum additamento.

(*a*) Vol. III. pp. 18. s. Eckh.

(*b*) Digest. L. 15. De Censibus.

(*c*) Vid. *Visit to the Seven Churches of Asia*, p. 227.

(*d*) Vol. III. p. 155.

(*e*) Lexic. supr. cit. vol. II. p. 274.

(*f*) Lib. V. 29. 3. 6.

(*g*) Eckhel. vol. II. pp. 463. 470., IV. p. 193.

Pag. 9. Tit. XXI. vv. 3. s.

Ταμίαν καὶ ἀντιστράτηγον. Sic describitur Frontinus Niceratus in epigr. Osanni, ex Sparta, *ταμίας καὶ ἀντιστράτηγος ἐπαρχείας ἀχαίας κ. τ. λ.*(*a*)

Ad hanc rem spectant verba Marinii(*b*) de titulo Smithiano disserentis: *Così due altre volte dopo, non dubitando io punto di leggere nella lin.* 9. *e* 10. ΠΡΕΣ. ΣΕΒ. ΚΑΙ. *αντι* ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ., *e così nominavano i Greci quelli che da Latini meritamente si disser sempre ἀσυνδέτως* Proprætore, *siccome i lor* Quæstores pro Prætore *furono interpretati ταμίαι καὶ ἀντιστράτηγοι*. De his Rosinus(*c*): *Si Quæstores a Proprætoribus vel Proconsulibus, ante successorum adventum de provincia decedentibus, provinciæ præponerentur, tum et ipsi Proconsulis aut Proprætoris nomen ferebant, prout hujus, vel illius vices sustinebant.*

Pag. 95. Tit. XXIII. v. 6.

Περίπατον. Verba Vitruviana(*d*) sunt: *Non puto dubium esse quin amplissimas et ornatissimas sub divo hypæthrisque collocari oporteat in civitatibus ambulationes*. In altero loco(*e*) tractat *ambulationes*, quas Græci *περιδρόμιδας*, Romani *xystos* appellabant, unde designatio *Xystarchæ*.

Ibid. v. 7.

Εὐποιΐα. Notandum est cum Osanno(*f*), ex Lexic. Schneider. Pollucem de hac voce moratum fuisse: sed in titulo vetere Atheniensi (ex Fourmontianis) conspicitur, quem exscripsit vir doctus, nempe, *εὐνοίας ἕνεκα, καὶ τῆς εἰς ἑαυτοὺς εὐποιΐας*. Citat Passovius in voc. Diog. Laert. x. 10. Comprobatur quoque ex Epict. Sent. 26. 75. (ed. Rel. pp. 102. 128.) Lucian. *Imagg.* xxi. (ed. Bipont. vol. vi. p. 24.) Alciphr. i. Ep. 10., Porphyr. *de Abstin.* ii. 12., Joseph. *Antiqq. Jud.* xix. 9. 1., et in sacr. Epist. ad Hebr. xiii. 16.

* * * * * * *

(*a*) Vid. *Syllog. Inscr. Antiq.* sect. ii. n. 18. vv. 10. ss. p. 267.

(*b*) De' Fratelli Arvali, etc. vol. ii. p. 735.

(*c*) Antiqq. Rom. L. vii. c. 45. p. 557.

(*d*) De Architect. v. 9. p. 150. Conf. iii. 2. p. 90., vii. 5. p. 208.

(*e*) Ibid. Lib. ii. p. 156. Bipont.

(*f*) Vid. Syllog. Inscr. S. ii. Tit. 72. p. 308. Locus Pollucis est Lib. v. S. 140. p. 551. verba ejus, *εὐποιΐα οὐ λίαν κέκριται*. Sed. cf. Reitzii Annott. ad Lucian. *Imagg.* xxi.; Wetstein. ad N. T. vol. ii. p. 444.; et Suidam, qui vocem explicat.

Titulum Smithianum subjicio, cum adjectis versibus duobus (sc. 5. 6.) quos in exemplari Mariniano invenio.

b.

ΓΑΙΟΝ . ΑΝΤΙΟΝ . ΑΥΛΟΝ . ΙΟΥΛΙΟΝ . ΑΥΛΟΥ .
ΥΙΟΝ . ΚΟΥΑΔΡΑΤΟΝ .(*a*) ΔΙΣ . ΥΠΑΤΟΝ . ΑΝΘΥ
*

(*a*) Vir insignis memoratur qui consulatum II^dum^ gesserat cum T. Julio Candido II. in anno U. C. 858. et VIII. Trajani imp.

Familia Quadratorum erat in Fastis illustris: ex. c. C. Ummidius Quadratus, qui Præses Syriæ erat in an. U. C. 804-12. de quo num. Claudian. in Eckhel. vol. III. p. 280. et Tacit. *Annal.* XII. 45. 54, XIV. 26. Dein Ummidius, qui a Plin. Secund. memoratur in Epist. VI. 11. 29., VII. 24., IX. 13. Occurrit L. Statius Quadratus in Fast. Consul. an. U. C. 895. qui et Asiæ Procos. fuit in an. VII^mo^. imp. Marci Aurelii, quo magistr. beatus Polycarpus martyrium passus est: vid. Vales. ad Euseb. IV. 15. p. 131. c. Video deinde Quadratum cos. cum Vero Aug. III. in an. U. C. 920., nepotem (credo) Marci Antonini.

Munera sacerdotalia exercuit noster Quadratus VII^viri^ Epulonum, et Fratris Arvalis. Hi erant qui diis majorum gentium sacrificia epularia instaurare solebant, de quibus conf. Pitisc. *Lexic. Antiqq.* vol. II. p. 95. et auctt. classic. Liv. XXXIII. 42.; Cic. *de Orat.* III. 19. fin. A. Gell. I. 12.; Plin. *Epist.* II. 11. 12.; Lucan. I. 602. Arvales, a Romulo ipso instituti, qui deæ diæ, nempe Cereri, propterea ut fruges ferrent arva, sacra publica faciebant: de hisce conf. Varron. de L.L. IV. 15. p. 25. vol. I. Bip. et inter hodiernos doctissimum Marinium.

Operis Mariniani titulus est; ***Degli Atti e Monumenti de' Fratelli Arvali scolpiti già in tavole di marmo ed ora raccolti, diciferati, e Comentati: Roma*** MDCCXCV.

Excitavit, inter alios, titulum Smithianum vir insignis, versionemque, quæ sequitur, dedit. ***C. Antium Aulum Julium A. = F. Quadratum, Cons.*** II., ***Pro = cons. Asiæ, Septemvirum = Epulonum, Fratrem Arvalem, = Legatum, et Pr. Prætorem = Bithyniæ, Legatum Asiæ, = Legatum Aug. Provinciæ = Cappadociæ, Proconsulem Cretæ, = et Cypri, Legatum Aug. = et Pr. Prætorem Lyciæ et Pamphyliæ, = Legatum, et Pr. Prætorem, = Imp. Nervæ Trajani, = Cæsaris, Aug., Germanici, = Dacici, Provinciæ Syriæ, Senatus = et Populus primorum Neocororum = Pergamenorum Benefactorem (Statua honorat) = Cura*** (Curam) ***agentibus erectionis = Militibus.***

Titulus ipse extiterat in Smithiano libro, ***Survey of the Seven Churches of Asia.*** p. 214. Dein in Spon. ***Voyage, etc.*** Tom. I. p. 328. ex quo transtulerunt sua Muratorius, Cornarus, Marinius.

In apogr. Smithiano errores quidam obvii sunt, quos correxi: viz. ΕΠΟΥΛΩΝΟΣ in v. 3. s. ΑΡΟΥΑΛΕΝ ibid. Omissi prorsus vv. 5. 6. ΠΑΜΦΙΛΙΑΣ in v. 10.

*
ΠΑΤΟΝ . ΑΣΙΑΣ . ΣΕΠΤΕΜΟΥΙΡΟΝ . Ε
ΠΟΥΛΩΝΩΝ . ΦΡΑΤΡΕΜ . ΑΡΟΥΑΛΕΜ .
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ . ΚΑΙ . ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ .
ΒΕΙΘΥΝΙΑΣ . ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ . ΑΣΙΑΣ .
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ . ΣΕΒΑΣΤΟΝ . ΕΠΑΡΧΙΑΣ .
ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ . ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ . ΚΡΗΤΗΣ .
ΚΥΠΡΟΥ . ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ . ΣΕΒΑΣΤΟΝ .
ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ . ΛΥΚΙΑΣ . ΚΑΙ . ΠΑΜΦΥΛΙΑΣ .
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ . ΚΑΙ . ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ .
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ . ΝΕΡΟΥΑ . ΤΡΑΙΑΝΟΥ .
ΚΑΙΣΑΡΟΣ . ΣΕΒΑΣΤΟΥ . ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ .
ΔΑΚΙΚΟΥ . ΕΠΑΡΧΙΑΣ . ΣΥΡΙΑΣ . Η . ΒΟΥΛΗ .
ΚΑΙ . Ο . ΔΗΜΟΣ . ΤΩΝ . ΠΡΩΤΩΝ . ΝΕΩΚΟΡΩΝ .
ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ . ΤΟΝ . ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ .
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝ . ΤΗΣ . ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ .
ΤΩΝ . ΣΤΡΑΤΙΩΤΩΝ .

* * * * * * *

SMYRNA.

Pag. 99. Præf. v. 3.

Ζμύρνα. Orthographia comprobatur ex titulis: in libro Pocockiano, p. 23. n. 11. v. 7. obv. ΖΜΥΡΝΗ. Elginiano, in Osanni *Syllog.* I. 68. v. 13. p. 199. ΖΜΥΡΝΑΙΟΣ. Sepulcrali, in Reines. *Syntagm. Inscr. Antiq.* Cl. XIV. n. 14., constituitur multa ΤΗΙ . ΖΜΥΡΝΑΙΩΝ . ΓΕΡΟΥΣΙΑΙ. Pariter, in titulo Leakiano cit. supr. in p. 151. nomen feminæ cujusdam scribitur ΖΜΥΡΝΗ. Ex nummis quoque: ex. c. typp. in Eckhel. ut ΞΜΥΡΝΑΙΩΝ in vol. II. p. 538. cf. 539. 546. ss.

Pag. 105. Tit. XXVII. v. 1.

Νεωκόρος. Smyrnensium Neocoriam simplicem, duplicem, immo triplicem, illustrant tituli a Sponio et Pocockio descripti:

ΝΕΡΟΥΑΣ in 12. ΕΠΙΜΕΛΕΘΕΝΤΑ in penult. Cuncti habent ΣΤΡΑΤΙΩΤΩΝ in v. ult. quod credo negligenter inductum pro vera lect. ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ. Fortasse in monumento integro, sicut in meo, sequebantur nomina: utcunque sit, recepit priorem Marinius.

* . * * * *

a.

ΝΕΩΚΟΡΟΣ . ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ . ΔΗΜΟΣ . ΕΤΕΙΜΗ
ΣΕΝ . ΜΑΡΚΟΝ . ΑΤΤΙΛΙΟΝ . ΒΡΑΔΟΥΑΝ .(*a*) ΤΟΝ .
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ . ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ . ΜΑΡΚΟΥ .
ΑΥΡΗΛΙΟΥ . ΠΕΡΠΕΡΟΥ . ΤΟΥ . ΕΠΙ . ΤΩΝ . Ο
ΠΛΩΝ . ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ .

b.

ΙΙΥΙΙ*******************************
ΜΑΠΡΑ(*b*)*************************
ΛΑΜΠΡΟΤ ************************
ΤΗΣ . ΑΣΙΑΣ . ΚΑΙ . ΔΙΣ . ΝΕΩΚΟΡΟΣ .
ΤΩΝ . ΣΕΒΑΣΤΩΝ . ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ .
ΠΟΛΙΣ . ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ . ΕΠ' . ΑΝΘΥΠΑΤ**
ΛΟΛΛΙΑΝΟΥ . ΓΕΝΤΙΑΝΟΥ .

c.

ΑΓΑΘΗΙ . ΤΥΧΗΙ .
ΤΗΙ . ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΙ . ΚΑΙ . ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙ . ΚΑΙ .
ΤΡΙΣ . ΝΕΩΚΟΡΩΙ . ΤΩΝ . ΣΕΒΑΣΤΩΝ . ΚΑΤΑ .
*

(*a*) Hic titulus est ex Sponianis, *Voyage, etc.* p. 321.

Marcus Atilius Bradua, qui hic memoratur, consulatum cum Trebonio Gallo gessit in an. XI. Trajani imp. et U. C. 861.

In v. 4. vide annon legendum sit ΠΑΠΕΙΡΙΟΥ. Militibus gravioris armaturæ (ὁπλίταις, pro quo et ὅπλοις dici potest: Jac. Achill. Tat. p. 651.) præfuisse videtur hic Aurelius. Inter Romanos etiam pro *militibus* aliquando dictam invenimus *armaturam*: speciatim, *gravem armaturam* pro *legionariis*: Liv. XXVI. 5.

Sed aliter explicari possunt verba Στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων, cum Vandalio in *Dissert.* v. c. 3. p. 413. idque ex marm. Oxon. XXX. in quo connectuntur cum *Hercule*, *Custode armorum*. Hæc *arma* censet vir doctus fuisse *instrumenta gymnastica*. Proinde, qui illis præfuit, videtur in collegio gymnasiarcharum munera quædam exercuisse.

(*b*) Quid istud ΜΑΠΡΑ significat, incertus sum. An delitescit ΠΡΩΤΗ? Sed v. 3. compleri potest ex titulo proximo.

Vid. tit. in Pocock. *Inscr.* p. 26. n. 2.

ΤΑ . ΔΟΓΜΑΤΑ . ΤΗΣ . ΙΕΡΩΤΑΤΗΣ . ΣΥΓΚΛΗΤΟΥ . (*a*) ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ .

De Neocoratu, ex fide nummorum, scribit Eckhelius(*b*): CΜΥΡΝΑΙΩΝ . ΝΕΩΚΟΡΩΝ . *inde a Trajano. Sub Commodo:* Β . ΝΕΩΚΟΡΩΝ . *et forte sub hoc,* Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ . *In numis Caracallæ et Alexandri Sev.* Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ . ΣΕΒΑΣΤΩΝ . nempe, qualis est numm. cit. a Spanhemio(*c*) ex Gaz. Reg. Gallic. in quo prædicantur Smyrnæi *Primi Asiæ pulcritudine et magnitudine.*

Atqui Vaillantius initium facit Neocoriæ cum Tiberio(*d*). Conjici potest sane ita rem fuisse ex disceptatione de templo ei struendo, in qua palmam ferebant Smyrnæi(*e*); namque ita foret populus ex decreto Senatus *Neocorus Augusti.*

Notandum vero est, vix in ea me manere sententia quam expressi in not. 1.

(*a*) Conf. Spon. ubi supr. p. 319.

Σύγκλητος hæc est Senatus Romanorum. Titulus optime illustrat Tacit. *Annal.* IV. 56. nam Smyrnæis permissum erat ut templa Tiberio et Liviæ struerent, idque decreto Senatus. Verba Historici sunt, *ita rogati sententiam Patres Smyrnæos prætulere.*

Hæc templa conspiciuntur in num. Caracall. cit. h. l.

Σύγκλητος appellatur ἱερωτάτη· nam constat ex Tacito (*Annal.* IV. 15. 37.) decrevisse Asiæ urbes templum Tiberio, Matrique ejus, ac Senatui: nummi quoque Smyrnensium cit. ab Eckhelio, vol. II. p. 547. nos edocent quod apud illos dei habiti fuere Roma, Senatus, Tiberius. Illustrat hoc et discrimen factum in Marm. Oxon. (Chandl.) Tit. XXXV. v. 35. p. 73. inter Βουλὴν, Senatum Municipalem, et ἱερωτάτην Σύγκλητον, per cujus decretum (ut et notavit Chandlerus) constituta fuit Smyrna τρὶς νεωκόρος τῶν Σεβαστῶν.

Notandum vero est non semper de Senatu Romano a Græcis dictam fuisse Σύγκλητον, sed ad ejus exemplum, de illorum *Curia* (Βουλῇ) vel *Concilio*, ut statuit Spanhem. ex nummo Smyrn. in Gaz. Medicea, *Dissert.* III. p. 139. et ex verb. S. Chrysostomi, *Homil.* XXIV. in Isai., ubi Senatum Antiochensium Oronteorum appellat Σύγκλητον.

Hæc doctrina Spanhemii est, quam refellere tamen conatur Eckhelius in cap. 1. de Magistrat. (vol. IV. pp. 190. 225.) Sed conf. Bœckh. *C. I.* n. 2926. et Gruteri Inscriptt. CCCC. 8. CCCCI. 1. cit. a viro docto Wienero in Append. (A.) Fellows. vol. II. p. 330.

(*b*) Conf. vol. IV. p. 293., II. 556.

(*c*) Dissert. IX. p. 648.

(*d*) Conf. *Numism. etc.* cit. supr. in not. ad tit. XIX. v. 10. p. 84.

(*e*) Tacit. *Annal.* IV. 56.

p. 105.; quoniam nihil incertius est quam chronologia titulorum ex notitiis hujusmodi constituta, quæ adeo ex civitatum levibus ingeniis, assentationibus, animisque erga principes, pendebant(*a*).

Pag. 107. Tit. XXVIII. v. 1.

Ὑμνῶ. Notavi in p. 108. quædam *σφάλματα* virorum doctorum qui ingenia sua hactenus in hoc titulo exacuerunt. En Pocockii(*b*) apographum, quod, ut inspicerem, nuper mihi contigit:

d.

ΥΜΝΩ . ΘΕΟΝ . ΜΕΛΕΣΣΑ . ΠΟΤΑΜΟΝ . ΤΟΝ .
ΣΩΤΗΡΑ . ΜΟΥ . ΑΠΟ . ΠΑΝΤΟΣ . ΚΑΚΟΥ .
ΚΑΙ . ΛΙΜΟΥ . ΠΑΥΟΥΜΕΝΟΥ .

Hoc descriptum in *Bonavre*, ut vir optimus pagi nomen enuntiat. An vero conspexit? Namque, ut menda graviora mittam, in ordinibus ipsis peccavit.

Pag. 109. Tit. XXIX. v. 1.

Πώλλα. Conf. supr. p. 151. ad tit. vii. Philadelphenum.

Sepulcrales alios hic adjicere libet ex copiis Sponii, Pocockii, et Patini.

e.

ΗΚΟΥΑΣΤΡΑ .(*c*)
ΓΑΙΟΥ . ΙΟΥΛΙΟΥ .
ΑΦΡΟΔΕΙΣϜΟΥ .
ΠΡΟΞΕΝΗ . ΤΟΥ .
ΗΡΩΣ . ΧΡΗΣΤΕ .
ΧΑΙΡΕ .

(*a*) Conf. Eckhel. vol. iv. p. 306. et notata supr. de Neocor. Sard. p. 165.

(*b*) Inscr. Tit. Smyrn. p. 39. n. 1.

(*c*) Pocock. *Inscr.* p. 24. n. 28. Quid velit ΗΚΟΥΑΣΤΡΑ quis divinare potest, nisi nomen ΚΟΥΑΔΡΑΤΗΝ in eo delitescere? Si hoc verum sit, legamus necesse erit in v. 5. ΗΡΩΟΣ . ΧΡΗΣΤΗ. In v. 3. vel *nomen*, sc. *Aphrodisium*, vel *Civitatem* agnoscas, i. e. ΑΦΡΟΔΕΙΣΕΙ (vel Ι) ΟΥΣ. Expressi Pocockiana, quæ ut plurimum sordibus opplentur.

f.

ΦΛΑΟΥΙΑ .(*a*) ΤΡΥΦΑΙΝΑ . Η . ΚΑΙ . ΡΟΔΟΠΗ .
ΖΩΣΑ . ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕΝ . ΤΟ . ΜΝΗΜΕΙΟΝ . ΕΑΥ
ΤΗ . ΚΑΙ . ΤΩ . ΑΝΔΡΙ . ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗ . ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ
ΤΟΥ . ΦΙΛΟΞΕΝΟΥ . ΚΑΙ . ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙΣ . ΚΑΙ . ΘΡΕΜ
ΜΑΣΙΝ . ΑΥΤΗΣ . ΚΑΙ . ΤΟΥ . ΑΝΔΡΟΣ . ΑΥΤΗΣ . ΜΗΔΕΝΟΣ .
ΕΧΟΝΤΟΣ . ΕΞΟΥΣΙΑΝ . ΑΠΑΛΛΟΤΡΙΩΣΑΙ .
ΕΙ . ΔΕ . ΤΙΣ . ΤΟΛΜΗΣΕΙ . ΤΙ . ΤΟΙΟΥΤΟ . ΤΙΣΕΙ .
ΜΗΤΡΙ . ΘΕΩΝ . ΣΙΠΥΛΗΝΗ . ΤΗ .*************
ΔΙ . ΗΜΩΝ . ΑΡΓΥΡΙΟΥ***ΤΑΥΤΗΣ . ΕΠΙΓΡΑ
ΦΗΣ . ΕΚΣΦΡΑΓΙΣΜΑ . ΑΠΕΤΕΘΗ . Ε**********
ΕΠΙ . ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ . ΤΙ . ΚΛΑΥΔΙΟΥ . ΒΙΩΝΟΣ .
ΝΩΝΙΑΝΟΥ .************************************

g.

ΑΥΡΗΛΙΑ . ΤΡΥΦΑΙΝΑ .(*b*) ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ . ΕΠΕΣΚΕΥΑΣΕ .
ΤΟ . ΠΡΟΓΟΝΙΚΟΝ . ΗΡΩΟΝ . ΑΥΤΗ . ΚΑΙ . ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙΣ .
*

(*a*) Conf. Sponii *Miscell*, *etc.*, p. 350. n. 85. Descriptus est ex templo Bacchi Brisæi.

In hoc titulo suppletur v. 7. ex Pocockii schedis, p. 24. n. 20. excepto quod pro illius θήσει lego τίσει. Menda Sponiana sunt ΑΡΓΥΡΙΟΝ in v. 9. et ΕΚΦΡΑΓΙΣΜΑ in 10. Dein supplenda sunt ΕΙΣ . ΤΟ . ΑΡΧΕΙΟΝ, et nomen mensis post mentionem factam eponymi in v. ult.

Nomen conditricis sepulcri conspicitur in tit. prox. ex Patino, viz. Tryphæna.

Mater deorum Sipylena (*genetrix sipyleia* in Stat. *Silv.* v. 1. 33.) erat Cybele. Religio ejus erat antiquissima apud Magnetas, accolas montis Sipyli, cujus fama et propter fabulam Niobæam traditur in poesi Homerica: Iliad. ω', 615.

De cultu matris Sipylenæ conf. Strab. x. 3. (vol. ii. p. 359. Tau.) Pausan. iii. 22. (vol. i. p. 322. Tau.) Traductus fuit ad Smyrnæos, nam antiqua eorum urbs erat condita sub Sipylo: hinc in nummis civitatis autonomis epigr. obv. CΙΠΥΛΗΝΗ . et CΙΠΥΛΗΝΗ . CΜΥΡΝΑΙΩΝ. Conf. Ulpian. in *Fragm.* xxv. 6. Aristid. *Orat.* vol. i. p. 229. Marm. Oxon. ii. vv. 60. 70. Eckhel. in numm. Smyrn. vol. ii. p. 543. s. ex Wiseo, Morellio, etc. His vestigiis vide annon restitui possit in v. 8. epitheton (nisi poeticum nimis existimetur) ὀλβοδότιδι.

Memorato nomine Bione in v. 11. quis non cogitat de Pastore illustri, Musis amico? Ceterum magistratus cognominis sæpius in moneta civitatis cernitur; ex. c. ΓΑ . ΚΛ . ΒΙΩΝΟC . ΤΑΜΙΟΥ . CΜΥΡ. in nummo Pellerinii, etc. Conspicitur et Bion stephanephoriam gerens in tit. prox. fin.

(*b*) Titulus citatur ex Patino a Vandalio

*ΑΥΤΗΣ . ΚΑΙ . ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙΣ . ΚΑΙ . ΑΝΤΩΝΙΩ . ΜΕΛΙΤΙΝΩ . ΜΕ
ΤΑ . ΤΗΣ . ΓΥΝΑΙΚΟΣ . ΟΜΟΙΑΣ . ΚΑΙ . ΤΕΚΝΩΝ . ΑΥΤΩΝ . ΚΑΙ . ΠΑΜ
ΦΙΛΟΥ . ΜΟΝΟΥ . ΟΝΗΣΑΜΕΝΗ . ΤΟ . ΚΑΙΝΟΝ . ΑΓΓΕΙΟΝ . ΠΡΟ
ΚΟΝΝΗΣΙΟΝ . ΤΟ . ΚΑΤΑ . ΤΟΥ . ΣΩΛΑΡΙΟΥ . ΜΗΔΕΝΟΣ . ΕΧΟΝ
ΤΟΣ . ΕΞΟΥΣΙΑΝ . ΕΤΕΡΟΥ . ΕΙΣ . ΤΟ . ΚΑΙΝΟΝ . ΑΓΓΕΙΟΝ .
ΤΕΘΗΝΑΙ . Η . ΜΟΝΗΣ . ΤΗΣ . ΤΡΥΦΑΙΝΗΣ . ΟΜΟΙΩΣ . ΜΗΔΕ . ΕΙΣ . ΤΟ .
ΕΤΕΡΟΝ . ΑΓΓΕΙΟΝ . ΤΟ . ΠΡΟΓΟΝΙΚΟΝ . ΜΗΔΕ . ΑΠΑΛΛΟΤΡΙΩΣΑΙ .
ΤΟ . ΗΡΩΟΝ . ΩΣ . ΕΑΝ . ΤΙΣ . ΠΑΡΑ . ΤΑΥΤΑ . ΤΟΛΜΗΣΗ . ΠΟΙΗΣΑΙ .
ΑΠΟΤΕΙΣΕΙ . ΜΗΤΡΙ . ΘΕΩΝ . ΣΙΠΥΛΗΝΗ . ΔΗΝΑΡΙΑ . ΔΙΣ
ΧΕΙΛΙΑ . ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑ . ΤΑΥΤΗΣ . ΤΗΣ . ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ .
ΑΠΟΚΕΙΤΑΙ . ΤΟ . ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ . ΕΙΣ . ΤΟ . ΑΡΧΕΙΟΝ . ΑΠΟΤΕΘΕΝ .
ΕΠΙ . ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥ . ΑΙΛΙΟΥ . ΒΙΩΝΟΣ . ΜΗΝΟΣ . ΤΡΙΤΟΥ .

Pag. 115. Tit. XXXIII. v. 3.

Ζωγράφησις. Sponii obss. de opere musivo citatus in hac nota exscribere operæ pretium fuerit. Laudavit vir eruditus Salmasium ad Hist. August., Spartianum in Nigro, Trebellium in Tetrico juniore, Anastasium Bibliothecarium de Romæ Basilicis, etc. dein, etymologia vocis constituta, pergit; "Pavimenta operis Musivi a Græcis *Psiphologimata*(*a*), et *Psiphologica* vocabantur, a *Psiphos*, quod est *lapillus*; item et *Chondobolia*, a *Chondos*, id est, *granum*, eo quod essent quandoque ex minutissimis granis composita: Latinis etiam *Pavimenta Sectilia*, *Opus Quadratarium Tessellatum*, et *Vermiculatum*, *etc.* in *Dissert.* v. cap. 1. p. 374.

Dedi (cum Vandal.) ΟΜΟΙΑΣ in v. 4.; sed præferendum videtur (ut in v. 8.) ΟΜΟΙΩΣ.

Memorantur vasa (ἀγγεῖα) et avitum, et, quod emerat Tryphæna ipsa, novum, in vv. 5. 9. Conjecturam cepi ex Pitisco, *Lex. Antiqq.* vol. I. p. 156. de *arca sepulcrali*, quo corpus integrum condebatur. Quid vero si interpretemur, *urnam*, in qua cineres recondere solebant, quæ et κρωσσός apud Græcos? Certe in titt. sepulcral. talia obv. cernuntur, ex. c. in Alabandens. Fellowsii, vol. II. p. 57. Marmorea quoque, ut Severi illud mem. a Xiphilino, LXXVI. p. 868. et hic ex Proconneso, ex quali materia confecta fuit Mausoli domus Halicarnassi, referentibus Vitruvio (II. 8. p. 64. Bip.) et Plinio, XXXVI. 6.

Situs tumuli designatur in v. 6. *adversus*, vel *subter*, *solarium*. Locus nempe erat apud Smyrnæos ita, ut in Roma, designatus: cp. Cicer. *pro Quint.* 18. med. *ad Herenn.* IV. 10.

(*a*) Nempe, ψηφολογήματα, etc. Quod scribit Sponius *Chondos*, erat χόνδρος.

KIRKAGADJ.

PAG. 120. TIT. XXXV. vv. 2. s.

Ἁδριανοπολίτων Στρατονικέων. De hac designatione Eckhelius ita(a): "Recentissima Stratoniceæ appellatio est HADRIANOPOLIS. Id docemur ex numo insigni inedito Valeriani," (addit vir doctus in alio loco(b) num. Caracallæ, musei Pisani), "in quo legitur, ΑΔΡΙΑΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. CΤΡΑΤΟΝΙΚΕΩΝ., quo testimonium Stephani præclare confirmatur, qui sic de Stratonicea; ἐκτίσθη δὲ ὑπὸ Ἁδριανοῦ, καὶ Ἁδριανόπολις ὠνομάσθη."

De nominibus antiquioribus, Chrysaoride, Idriade, Indicea, disputat in eodem volumine(c) vir eruditus.

PAG. 122. TIT. XXXVI. v. 2.

Πανελλήνιον. Titulum Megarensem a Clarkio(d) reportatum integrum referre libet.

In eo conditorem eorum, legumque latorem, altoremque, Hadrianum, honorant Hadrianidæ, qui, sicut Pan-Hellenes(e), imperatorem videntur cultu divino fuisse prosequuti. Memorantur in Inscr. Gruter. p. CCCCLVII. n. 6. Hadrianales, ut et in Fabrett. VI. n. 71., qui secundum exemplar Augustalium(f) sacerdotium gerebant in honorem Hadriani.

In seqq. emendavi Clarkian. apogr. ΚΑΝΔΤΟΥ in v. 5. In fastis consular. memoratur Titus Julius Candidus II Cos. in VIII Trajan. et U.C. 858. ΑΙΣΧΡΩΝΟΣ item, in v. ult. ut in numm. autonom. Magnesiæ Sipylenæ in Eckhel. II. p. 525.

α'.

ΤΟΝ . ΔΙΣ . ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ . ΚΑΙΣΑΡΑ . ΤΡΑΙΑΝΟΝ .
ΑΔΡΙΑΝΟΝ . ΣΕΒΑΣΤΟΝ . ΟΛΥΜΠΙΟΝ . ΠΥΘΙΟΝ .
ΠΑΝΕΛΛΗΝΙΟΝ . ΤΟΝ . ΕΑΥΤΩΝ . ΚΤΙΣΤΗΝ . ΚΑΙ . ΝΟ
ΜΟΘΕΤΗΝ . ΚΑΙ . ΤΡΟΦΕΑ . ΑΔΡΙΑΝΙΔΑΙ . ΥΠΟ .

(a) Num. Vet. Anecdot. p. 214.
(b) Doctr. Num. Vet. vol. II. p. 591.
(c) N. V. Anecd. pp. 210. ss.
(d) Itinerar. etc. vol. VI. p. 595.
(e) Conf. tit. Azanens. in Itinerar. Fellows. vol. I. n. 20. p. 144.
(f) Tacit. *Annal.* II. 83.; *Hist.* II. 95. Erat quoque sodalium Augustalium Sacerdotium mem. in Annal. I. 54.

*
ΤΗΝ . ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ . ΙΟΥΛΙΟΥ . ΚΑΝΔΙΔΟΥ . ΤΟΥ .
ΚΡΑΤΙΣΤΟΥ . ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ . ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝ
ΤΟΣ . ΑΙΣΧΡΙΩΝΟΣ . ΤΟΥ . ΔΑΜΟΚΛΕΟΥΣ .

* * * * * * * *

PAG. 124. TIT. XXXVII. v. 2.

Βιότου. Nequaquam certus sum de lectt. in hac parte tituli; nec magni sane est momenti. Sed video inter Pocockianos(*a*) Smyrnensem, qui bene quoad sensum cum nostro convenit:

Τὸν πινυτὸν κατὰ πάντα, καὶ ἔξοχον ἐν πολιήταις
Ἀνέρα, γηραλέου τέρματ' ἔχοντα βίου.

PAG. 125. IBID. v. 3.

Ἡγουμένῳ. Vox inter Græcos recentiores procul dubio desumpta ex sacr. *Epist. ad Hebr.* XIII. 17. πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε κ. τ. λ. nempe, pastoribus et presbyteris ecclesiæ.

COTYAION.

PAG. 128. TIT. FELLOWS. COT. v. 1.

Θεοῖς θείοις. Comparari potest notissima appellatio Cereris, *Dea Dia*, in Mariniano opere, pp. 10. 368.

IBID. v. 3.

Εὐχήν. Vox obv. in Osannianis, I. 79. p. 224. sic et in 80. 82. s., IV. 52. p. 501. Aliquando cum verbo, ut ἐκτελῶν in senario, v. 2. p. 543.

AZANI.

PAG. 131. TIT. XL. v. 3.

Κτίστην. Sic in tit. Clarkiano supr. Ἀδριανὸν...... τὸν ἑαυτῶν κτίστην. Simpliciter in tit. Smithiano(*b*):

(*a*) Inscr. Antiq. p. 24. n. 19.

(*b*) Notit. Eccles. etc. p. 268.

β′.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΑΔΡΙΑΝΩ
ΟΛΥΜΠΙΩ . ΣΩΤΗΡΙ .
ΚΑΙ . ΚΤΙΣΤΗ .

CADI.

Pag. 134. Tit. XLI. v. 3.

Πάτρωνι. Cernitur hæc vox in tit. Fourmont. apud Corsinium(*a*) citante Osanno in *Syllog. Inscr.* p. 249. necnon inter Inscr. Capitolin. ejusdem. viri docti(*b*), nempe;

γ′.

ΠΑΠΕΙΡΙΩΙ . ΗΡΑΚΛΕΙ .
ΤΩΙ . ΛΑΡΑΝΔΕΙ . ΣΟΦΙ
ΣΤΗΙ . ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΟΣ . ΚΑΙ . ΝΕΩΝ .
ΤΩΙ . ΧΡΗΣΤΩΙ . ΠΑΤΡΩΝΙ .

Sic et in Welcheri *Syllog. Epigr.* p. 188. quem laudat Osannus, subjectis his verbis: *πάτρωνα in titulis Corcyræensi et Lacedæmonio allatum nunc video nihil aliud esse quam Latinorum patronum.*

Eckhelii verba de hac re sunt; *Usæ sunt Græcæ hæ urbes* (Hadrumetium, etc.) *vocabulo πάτρων ducto certe a Latinorum patronus, cum alias Græci patronum significarent vocabulis προστάτης, συνήγορος, φύλαξ, et similibus. Sedulos fuisse Bithynos in observandis patronis docent copiosa Marmora a Muratorio collecta, in quibus variæ eorum urbes* ΠΑΤΡΩΝΙ . ΚΑΙ . ΕΥΕΡΓΕΤΗ .—*obsequia sua, gratumque animum profitentur*(*c*).

De Patronis, non singularium hominum modo, sed et urbium, conf. viri docti obss. in vol. II. p. 400, IV. pp. 252. ss.

(*a*) Vid. Dissert. v. p. 74. ex Montefalcon. Diar. Ital. p. 425.

(*b*) Vid. Sect. II. n. 3. ex Thesaur. Murator. p. 969. 1.

(*c*) Doctr. Num. vol. IV. p. 254.

Nomina *Eutychem*, *Eutychidem*, video pluries allata: ex. c. in Marm. Oxoniens. Tit. XXXVIII. p. 133., LXXVII. p. 137.

PAG. 135.

Oppidulum *Mermera* (quam dicunt hodierni) antiquæ appellationis vestigia fortasse conservat. Conjectavit Smithius (ut monui) situm esse *Exustæ* cujusdam: sed bene observavit Peysonnellus(*a*), Exustam hanc non *oppidum*, sed *regionem τὴν κατακεκαυμένην*, fuisse, quæ has partes permeat. Certe inter geographos non video urbem Exustam memoratam.

(*a*) Voyage à Thyatire, etc., p. 297.

INDICES.

INDEX VOCUM GRÆCARUM.

INDEX NOMINUM PROPRIORUM,

VOCUMQUE NOTABILIORUM LATINARUM.

INDEX NOMINUM ET VOCUM ORIENTALIUM.

Notandum est et hic et alibi designare *î*, *û*, Anglicos sonos *ee* et *oo*.

4. H. e. *Civitas Dei.* Hoc vulgo prædicatur verum nomen, sed temere: nam Turci fere omnes enuntiant *ă-ā-la.* (Vid. infr. 16.)

5. Factum sine dubio ex Græco *ἅγιος θεολόγος*, i. e. S. Johannes, cujus ædium ruinæ adhuc in arce Ephesina restant.

9. Vulgo *Bournabat*, nempe a Gallis. Corruptissime Pocockius, *Bonavre*.

10. Confectum ex antiquo nomine, *Azani* v. *Aezani*.

12. I. e. *Fons vomeris*. Dedi quod a Gallis vulgo enuntiatur *Chalka Bûnár*. Nomen Turcicum est tractus suburbani qui vulgo appellatur *Balnea Dianæ*. Erat pars antiquæ urbis, ut cernere est ex ruderibus ædificiorum quæ hinc inde solum cooperiunt, fortasse, inter cetera, templi Æsculapii.

Arabicum شلك est *arbor* vel *planta*: شلخ est *origo*: proinde *Shalkh-Bûnár*, quod bene convenit cum notissimo, *Bûnár-bashi*, et cum *fontibus* qui juxta viam publicam spatium occupant. *Gladios* vocant شلعا.

Verum nomen suspicor fuisse حلقه vel خلقه, i. e. *annulus*, Anglice, *the ring-fountain*: fortasse ex quadam historiola petitum, vel ob copiam aquarum ibi scaturientium. Meliora desidero.

16. Vid. supr. 4. Arabicum علا significat *gloriam*, *eminentiam*: et certe inter præstantissimas erat Philadelphia. Restat vero altera lectio, الا, quod vel *flammam*, vel *gratiam*, exprimit, quarum prior bene cum situ in regione τῆς κατακεκαυμένης convenit.

21. Rectius, جاميسى. Vulgo enuntiatur *Yehánna Djami*.

24. Hic delitescit vox Persica antiqua ستّرب. Vid. Dictionar. Persic. etc. a Wilkins, vol. II. p. 652.

FINIS.